

W. 11. 11  
1811

Z 4 8. 17.  
40. f.  
5. v. f.  
2. N. f.

UNIVERSITÄT DÜSSELDORF  
- Med. F. -  
DÜSSELDORF  
V 110

~~Joannes Josephus Stebler Medice~~  
~~ciuitatis nacenensis Physicus~~

DV 126





Duplex  
Bibliothecae Medici

Scruae

Chemia gen.

St Müller





MICHAELIS ETTMÜLLERI,  
Phil. ac Med. Doctoris & Professoris Publ.  
Lipsiensis,

CHIMIA  
RATIONALIS

AC  
EXPERIMENTALIS  
CURIOSA,

Secundùm principia recentiorum adorna-  
ta, variisque ac propriis experimentis tam Chimi-  
cis quàm Practicis, ut & medicamentis nobilioribus  
referta, comite semper ratione,

Nunquam adhuc publicam lucem visã, jam verò  
in ordinem redacta, ac boni publici causa  
edita,

*Cura ac sumptibus*

JOH. CHRISTOPHORI AUSSFELDI,  
Med. Doct.



---

LUGDUNI BATAVORUM,  
A. M. DC. LXXXIV.

*Ex Libris Joannis Bartholomaei Kellerer  
Moenogrof: 1724.*

CHIMIA  
RATIONALIS  
ET  
EXPERIMENTALIS  
CURIOSA

Secundum principia philosophiae naturalis  
et mathematicae ad hunc usque experimentum  
et observationem in hunc usque experimentum

et observationem in hunc usque experimentum  
et observationem in hunc usque experimentum

et observationem in hunc usque experimentum  
et observationem in hunc usque experimentum

et observationem in hunc usque experimentum  
et observationem in hunc usque experimentum

et observationem in hunc usque experimentum  
et observationem in hunc usque experimentum



*Candide ac benevole Lector,*

**N**on ut placeam, sed ut prosum multis enim hæc non placebunt, quos non multi faciam. Paucis quoque Tibi multa do, quæ multis profutura spero, multis enim jam profecisse scio. Tu vero Si Galeno fortassis juraveris, sectatorem què sedulum Te cognoscas, abstine à hujus Libelli lectione, nihil enim invenies in hoc quæ Galeni doctrinam sapiant: Si verò veritatis amans sis, nec ludicris opinionibus ac solis entibus rationis animum repletum habeas, lege sedulo ac relege, invenies enim in hoc non solum quæ animum curiosum ac veritatis amantem explere, sed etiam prodesse maximè poterunt. Nec, licet doctus accedas ad lectionem indoctior unquam decedes. Invenies enim hic Medicus Practicus Medicamenta nobiliora ac experièntiâ comprobatoria, Chemicus, fundamenta solidissima ac experi-



perimenta Chimica phœnomenaque varia experiētiā ac rationē firmata, Physicus principia rerum ac corporum naturalium verissima, tam nudā ac simplici forma conspicienda, quā compositā lustranda, Chirurgus, medicamenta nobiliora, Pharmacopœus, meliores medicamentorum præparandi modos, castrationumq; quorundam medicamentorum remonstratio-  
nes.

Talia autem hæc sunt arbitrato meo & insignium quorundam virorum, ut cum oblectamentum tum utilitatem haud mediocrem animo infundere queant, & placere qua brevitatē succincta, qua veritatē rerum gratā; si quis modo ad legendum eam voluntatem afferat quam Autor in docendo adhibuit, atque apes præterea imitetur in singulis flosculis mel invenientes ac haurientes, non venenum.

Nec pro meis Tibi hæc venduntur sed sunt Viri Nobilissimi MICHAELIS ETTMUL-

LERI



LERI M. D. ac Professoris Publ: Lipsiensis,  
Practici felicissimi ac orbi litterato suffici-  
entè cogniti, Viri candorè, amore erga  
proximum ac ob variarum rerum notitiam  
sanè celeberrimi nec fatis laudandi præ-  
ceptoris olim meijam beati scripta ac com-  
municata fidelissima ac eruditissima, cujus  
amore motus inque ulteriorem ejus glori-  
am hæc Tibi gratis benevole lector fideli-  
ter ac candide communico. Libuit autem  
appellare Chimiàm Rationalem, & hoc  
meritò, nullum enim sistitur Tibi experi-  
mentum Chemicum cui non fundamenta-  
lis ac experientiaè conveniens ratio juncta  
sit: Libuit appellare Chimiàm Experimen-  
talem, nullum enim sistitur tibi phæno-  
menon Chemicum, quod non experientia  
comprobatum sit: Libuit quoque appel-  
lare Chimiàm Curiosam, hoc enim satis  
curiosum, non solum experimentò simpli-  
ci contentum esse, sed etiam in causas  
mutationis variæ inquirere, pro quibus e-  
ru-



ruendis non unum sufficit experimentum.  
Hanc ergo Tibi Chimiã Rationalem  
ac Experimentalem Curiosã gratis do,  
quæ nunquam adhuc lucem publicam  
visa est, nec vidisset forsan, nisi obitus Vi-  
ri Nobiliss: ansam dedisset mihi bono pub-  
lico hâcce intervire, latuit enim hactenus  
inter scrinia occultiora doctorum, ac à  
multis jam male mihi versum, quod publi-  
ci juris faciam ea quæ illi sibi occultiora  
voluerunt. Sed abeant invidi illi, non e-  
nim nobis solum nati sumus, sed ut aliis  
quoque profimus.

Accipe ergo hæc serena fronte, quæ  
si Tibi placuerint, subjungam proxime.

1. Ejus praxin Medicam rarioribus ac  
gratioribus medicamentis refertam ac se-  
cundum principia recentiorum adornatã.
2. Ejusdem Institutiones Medicas se-  
cundum fundamenta recentiorum ador-  
natas variisque experimentis ac medica-  
mentis refertas, duabusquè medicinæ co-  
lum.



lumnis, rationi nempe ac Experimentiæ fu-  
perstructas.

3. Ejusdem Tractatum de selectione  
medicamentorum, refertum sanè doctri-  
nâ maxima, ac compendioſo medica-  
mentorum nobiliorum apparatu.

4. Ejusdem Noſocomium infantile, u-  
niverſos infantum morbos eorumque cu-  
rationem prodens, tractatulus sanè aure-  
us, ac ſecundum principia recentiorum  
pariter adornatus.

5. Tractatum de præſcribendis formulis.  
Quæ nondum lucem adhuc viderunt,  
Quibus jungetur.

6. Tractatus ejusdem (diſputationis lo-  
co olim propoſitus) De Spermate Ceti.

7. Tractatus ejusdem de vi laudani dia-  
phoreticæ.

8. - Tinctura coralliorum.

9. - Hippocrates Chemicus  
dictus.

Hæc inquam partim nunquam lu-  
cem



cem hactenus viderunt, atque adeò novi-  
tatê sua afficere & delectare poterunt  
curiosos, quorum maximè desideria im-  
plere votisque annuere studeo. Tu inte-  
rim hòc gratè suaviterque utere, quæ ex-  
perientia & labore multiplici sumtibusq;  
ac studio parta gratis Tibi offero donoq;  
& si quæ inter scribendum aut excuden-  
dum errata irrepserint, cum ob temporis  
inopiam ac circumstantiarũ aliarum rati-  
onem non semper me licuerit esse præ-  
sentem benignè corrigas. Vale & incor-  
ruptè imò integrè judica vel file. Dabam  
Haarburgi Mense Martio Anno Christi  
M, DC, LXXXIV.

MICHAEL



MICHAELIS ETTMÜLLERI  
 CHIMIÆ RATIONALIS  
 AC EXPERIMENTALIS  
 CURIOSÆ.

LIB: I.

PROÆMIUM.

**C**Himiam in compendio pertractaturus, nolo me affigere communi scriptorum methodo, qui certa Chimie Tyrocinia ordinè scholasticò pertractarunt, quia in quibusdam incongrua, imò superflua continentur; Sed saltem edisseram ea, quæ pro fundamento Chimie sufficiunt Medico, quibus ceu filo Ariadnæ ducimur ad perfectam ac intimam cognitionem corporum naturalium. Cum autem primarium locum sibi vendicent; ideò primo locò sistemus doctrinam salium.

CAP. I.

De Principiis Chemicis veterum.

**T**heophrastus Paracelsus superioribus jam seculis quinque introduxit corporum naturalium principia, eaque distinxit in Activa, & Passiva: Activa nominavit Sal, Sulphur, & Mercurium, Passivorum nominè insignivit Phlegma & Caput mortuum: Per Caput mortuum alias tamen propriè loquendo nihil aliud intelligitur, quam omne istud residuum, quod post virium & principiorum activorum extractionem remanet. Communissimè tamen remanentiam Vitrioli significat. Hæc principia passiva Paracelsi, propriè intelligatur, Principia veterum activa quæ? passiva quæ? Per Cap mortuum quid propriè intel-



2 MICH: ETMULLER: CHIMIÆ RATIONALIS

celſi, phlegma ſcilicet & Caput mortuum, tandem dicuntur eidem  
RELOLLACEA, id eſt viribus inſignibus deſtituta, quia omni  
activâ virtutē ſpoliata ſunt. Sic quoque invenimus hoc vocabu-  
lum Relolleum uſurpatum de Aere & Aqua, apud Hellmont:  
*Tracta: Natura contrariorum neſcia & alibi.*

Autor princi-  
piorum Chi-  
micorum ve-  
rus quis.

Hæc principia activa, *Sal, Sulphur, & Mercurius*, ut  
frequentiffimè omnium apud Paracellum reperiantur, eorum ta-  
men non exiſtit primus primariuſque autor, utpote qui ex ſe fuit  
indoctus, accuratioremque philoſophiam neglexit, ſed a Baſilio  
Valentino tum temporis Chimico non contemnendo mutuo acce-  
pit, & cum jam B: Valentino in metallurgicis probè fuiſſet verſa-  
tus, ſtatuiffetque omnia metalla conſtare ſpiritu, animâ, & corpo-  
re, ea poſtmodum explicuit, per Spiritum mercurium, per animam  
ſulphur, per corpus ſal eſſe intelligendum. Sic quoque ab Iſaaco  
Hollando & Raymundo Lullio non pauca ſubtraxit, eaque ſup-  
preſſo veri autoris nominè, ſua fecit: Sed cum jam multa multi  
de his principiis, alii tamen ſic, alii aliter ſententias ſcripſerint (nam per  
mercuriũ Veterum non intellexerunt Mercurium quem dicunt vi-  
vum & vulgarem, nec per Sulphur crudum iſtud nativũ Sulphur;) ideo  
non abs re facturi, ſi paulò accuratius adſpiciamus princi-  
porum ſalinorum naturam. Quid vero per Mercuriũ, Vitrioliũ, Sul-  
phur, ut principia intelligatur, dicetur ſub- cujuſque titulo proprio.

CAP. II.

De Principiis Salinis modernorum, & in ſpecie  
de Sale Acido.

Per Cap. mor-  
tuum, quid  
intelligatur.

Primaria cor-  
porum vis  
in ſale acido ſale  
eſt.

ſal duplex  
eſt.

ſal univerſa-  
le quid?

PER ſal hoc loco nihil aliud intelligitur, quam tales particule ma-  
teriales, quæ facillimæ ſunt ſolutionis in aqua, & ſæpius lin-  
guam afficiendo guſtus paſſionem inferunt. Hæ particule  
magnæ ſunt conſiderationis, quia ex his congruis materialibus  
corpora ſunt naturalia maximæ efficaciz. Jam, cum latiſſimum  
ſit ſalinum regimen, ante tot ſecula divino Coo cognitum, qui e-  
adem ſalia Sub ſaporum nominè ( ceu cuiſlibet notum ) vendidit.  
Hoc loco in genere dicemus, ſal eſſe duplex: *Univerſale* ſcilicet,  
& *Particulare*: *Univerſale* eſt illud, quod in primâ creaturarum  
productione per univerſum mundi ſyſtema diſperſum, vulgariter  
audit



audire Spiritus mundi, qui, dum in aere volitat, a quibusdam avicula Hermetis dicitur, in terræ visceribus dum latitat pro vegetandis tam variis vegetabilium speciebus vocatur sal terræ centrale. De hoc mundi spiritu intelligenda venit secundum non nullos tabula illa Hermetis Smaragdina, ita sonans: *Quod est inferum, est sicuti id, quod est superum, & vice versa. Et sicuti res omnes facere ab uno mediatione unius &c. vide Noll: Physic: Hermet: p. 701.* Ab hoc salē universali in diversis matricibus generantur salia particularia, de quibus hic accuratius disquirendum.

Salia particularia sunt duplicis generis, vel *acida, vel alkalia seu Urinosa*, & ex his duobus mutua conjunctione tertium compositum scilicet *salsum* emergit, neutrum ex istis, de utroque tamen participans. Sic v. gr: *Spiritus Vitrioli est Sal acidum, sal tartari est Sal Urinosum, ex his duobus conjunctis Sal tertium exoritur.*

Nota autem, quod nomine salis non semper intelligenda sint salia in forma salis sicca, duplex enim est status salium, nunc sunt *resoluta, nunc coagulata*. Resolutorum nomine veniunt spiritus, per coagulata intelliguntur salia in forma sicca.

*Acida Salia* in omnibus tribus regnis reperiri facillimum est. In regno Minerali ante reliqua acidum sulphuris eminent, utpote ex quo reliqua mineralia suum habent acorem: Nam a Sulphuris acido vitriolum suum habet acorem. Ab hoc spiritu Sulphuris acido suos deducit natales (quoad acorem) alumen, sal commune &c. Inter metalla ☉ suam habet aciditatem ab acido sulphuris, cujus aciditas hoc modo probatur: *Auro liquefacto se infuso si extremitatem bacilli immiseris ferrei, ferrum in momento vertitur in scortam, seu rubiginem, non aliter ac si cum Sulphure accenso concrematum esset. Confer Tachen: clavem.* In ☽te copiosum est acidum, ut in aerē resolutus humidō, suum proprium corpus corrodat in rubiginem, quæ Chemicis dicitur *crocus ☽tis*. In ♀re consimiliter copiosum est acidum, nam per humectationem, internum acidum resolventem, spontē excrefcit viride *ors* seu *crocus viridis subtilis*, factus per proprium acidum corrosivum. In Saturno quoque abundat acidum, id quod probat imprimis purificatio ☽is & ♀næ cum Saturno in capella. Quæ cunctæ enim metalla mixta cum ☉ & ♀na cum Saturno si conjungantur,

Tabula Hermetis Smaragdina quid explicet;

A sale universali omnia salia particularia generantur. Saliaparticularia quoruplicitia?

Sal commune ex quibus constat?

Si sunt vel sicca vel resoluta.

Acida in omnibus tribus regnis reperiuntur.

Ab acido Mineralia suum habent acorem,

In ☉ro est acidum.

Experimentum probans

In ☽te est acidum.

In cupro est acidum.

In Saturno est acidum.



**Causa cur saturni omnia metalla Oro ac Dnæ junctæ absorbeat**  
**Dnâ vero & O intacta reliquat.**  
 In regno Vegetabili copiosum reperitur ac idum.

tur, hic arripit reliqua omnia, excepto Olé & Dnâ, quæ subfident in fundo. Fundamentum consistit in eo quia saturnus abundans copiosô acidô cupit saturari, ast, cum O & Dnâ sint perfecta & nimis compacta corpora, his intactis ignobiliora metalla aggregatur, imprimis Orem & Qrem.

*In Regno Minerali multa acida dantur, uti videmus, & cuilibet mineralia & metalla exactius examinanti manifestum est*

*Regnum Vegetabile quod attinet, nec hic vegetabilia destituuntur aciditatè. Nam in fructuum maturatione natura procedit ab acido austero ad saporem subdulcem, tandem ultimò maturationis temporè ad saporem dulcissimum. Sic quoque vegetabilium acidum testantur varia aceta ex fructibus mediante fermentationè producta: Ut nihil jam moneam de iis quæ naturaliter tota sunt acida: u. g. ribes, berberes, sed urgeo tantum, quoscunque fere vegetabilium succos beneficio fermentationis acetosum nobis exhibere liquorem. Sic succus pomorum, pitorum, dulcis quidem est, sed dat acetum, quin & sacharum sal illud omnium dulcissimum, si destilletur in arenâ, dabit spiritum acidissimum. Quod maximè semina vegetabilium dent acidum, clarum certumque reddit panis ex seminibus confectus, hic enim moderatò ignè fundit spiritum acidum probabilem, brevi tempore absque Vulcani adjumento O ris & O tis tincturas seu coralliorum, seu hæmatitis solventem, & extrahentem, & in nonnulla corpora mineralia potentius ferè agentem ipsâ aqua forte. Huc meritò refer acetum ex cerevisia aliisque quibuscunque ex infusis oriundum: Omnis enim planta decocta in Vâ simplici, & in loco calido vel ad solem posita, acescit.*

**Sacharum copiosum fovet acidum.**

**Spiritus panis extrahit tincturas metallis & corallis propter spiritum acidum.**

**In omni ligno est acidum.**

**In regno animalium paucum est acidum reperitur tamen occultatum sub tegmine sulphuris.**

**omnia oleofovent acidum.**

*In omni maximè ligno latitat acidum, quodcunque enim lignum si destillaveris, acidiusculum inde produces spiritum, qualis est spiritus juniperi, sassâras &c. Imo ipsâ fuligo, si destilletur per retortam spiritum acidum præbet subtilem, & sal volatile copiosum.*

*In Animalis regno pauca sunt acidorum vestigia, quia sunt acida occulta, & sub tegmine oleosi corporis seu sulphuris latent; hinc ex omnibus Salibus Urinosi cum pinguedine (ratione occultati acidi) conficitur sapo, vide Tachen: Hipp: Chim: Quare omnia oleosa ex animalium partibus deprompta fovent acidum concentratum, quæ cum Urinosi si conjungantur dant tertium & salisum.*

De



De acido stomachi non est quod dicam multa, cum de eius præsentia nullus dubitet. Rejecta quoque præter naturam ex ventriculo suam sæpe probant aciditatem, pelvium cerearum substantiam corrodendo, ut taceam de ulcerum acido corrosivo quia ipsa quoque ossa subinde corrodendo in cariem vertit. De urina alibi dicemus. Hæc fuere acida.

*Hoc adhuc notetur, quod ubicunque dentur acida, ibi maxime sint urinosa, ita tamen, ut modò dominetur acidum subjugatò urinosò, modò urinosum imperii falces teneat suppressò acidò.*

CAP. III.

De Sale Alkali seu Urinoso tam volatili quam fixo.

Videamus jam *salia Urinosa*, quæ ita appellantur, quia referunt urinæ saporem. Hæc duplicia autem sunt. *Volatilia*, ac *fixa*.

*Volatilia* sunt, quæ aut spontè exhalant, aut levi calorè in auras levata avolant, tale quid est spiritus salis ammoniaci.

*Salia* verò *fixa* sunt, quæ in ignis examine non avolant, sed illud cum consistentia sustinent, talia sunt omnia *salia cineritia*, seu ex cineribus elicita: u gr. Sal tartari, sal absynthii fumaricæ, centaury minoris &c. Hos terminos (*Volatile & fixum*) quidam explicare conantur per tò leve & grave, sed qualitatibus his sine subjecto relictis, eorum rationem a rebus ipsis desumptam putamus.

*Sal volatile imprimis in regno animali sui copiam facit, rarius in regno vegetabili, rarissime (utut multi conitantur) in regno minerali comparatur. Salia volatilia omnium frequentissima sunt in regno animalium, quælibet enim pars, maxime abjectissima, v. gr. sterus, urina, pili, sudor, cornua, copiosum reddit sal volatile, relictò in capite mortuo aut nullo, aut paucissimo sale fixò, ut dubitem, an ex integro homine calcinato drachm. una salis fixi haberi queat. Salia hæc in animalibus volatilifantur partim per digestionem fermentativam, partim verò per continuam aeris inspirationem. Ast non solum regnum animale hæc laudè claret, verum maxime e vegetabilium*

Corrosio ossium in ulceribus antiquis est ab acido corrosivo in eis latitante. Ubi datur acida ibi quoque dantur *Urinosa*.

*Salia Urinosa* cur ita dicantur.

Quotuplex sit, Alkali volatilia quid Alkali fixa quid?

*Salia volatilia omnium copiosissima dantur in regno animali, rarius in vegetabili, rarissime in minerali, causa tam copiosi salis volatilis & contra paucitatem*



ris fixi in regno animali, Aromatica herbæscant fale volatili temperato.

Vulneraria obtinent salia volatilia occultata.

Vegetabilia maxime dant sal volatile de quibus non nulli immerito dubitant. Spiritus & sal volatile absynth.

Spiritus & sal volatile panis Sal volatile tartari ex se cibis vini.

Salia fixa in animali regno sunt paucissima ac se re nulla.

Salia fixa sunt nova producta & sunt per aerem.

Modus fieri diurno al Fuligo quid;

Vegetabilia oleosa dant copiosa salia fixa.

Ligna putrida nullum dant Sal fixum.

lium regno proveniunt salia urinosæ, eaque æria, ex: gr. in cepaceorum familia, nasturtio, & similibus antiscorbuticis & hypochondriacis: Quædam autem habent talia salia volatilia temperata ab adjuncto oleo, qualia sunt mentha, salvia, rosmarinus, omniaque aromata, quæ constant sale volatili urinoso ab oleo temperato. Quædam vegetabilia obtinent salia volatilia occultata, qualia sunt vulneraria, quæ ut plurimum insipida deprehenduntur, quorum tamen sal ab effectu nobis manifestum evadit. Verum ut hæc maximè manifesta sint, sunt tamen, qui dubitent de horum vegetabilium salibus volatilibus, dicuntque, non dari in iis sal volatile simplex. Hos tamen sensus ipsi evincunt. Videmus namque quod ex fuligine sal volatile urinosum sibi acquirant quidam, *de quo vide Horst.* Alio modo ex absynthio exsiccatore retortæ indito, aut quod præstat furno Glauberiano indito ac incluso elicitur spiritus & sal volatile urinosum copiosum subtilissimum. Sic ex vegetabilibus putrefactis non fermentatis (nam ex plantis fermentatis accipitur spiritus ardens instar spiritus vini) elicitur spiritus urinosus. Ex pane per distillationem comparatur spiritus ardens, & si recte procedas, sal volatile elegantissimum, ut nihil dicam de Tartaro ex vegetabilibus oriundo, ex quo sublimatur sal volatile maximæ efficaciam, in specie, si ex fecibus vini eliciatur.

Pergo ad *Salia fixa*, quæ producuntur ex vegetabilium cineribus, & reperiuntur imprimis in regno vegetabili, nam in animali regno talia sunt vel nulla, vel pauca. In minerali prostant paucissima, scilicet sal nitri fixum. In vegetabili regno sunt sal fumaricæ, absynthii, rutæ, &c. Hæc salia fixa vegetabilium non sunt nativa, qualia sunt re acida in regno minerali, aut volatilia urinosæ. Sed talia fixa salia vegetabilium non reperiuntur in concretis naturalibus, sed sunt artificialia, & fiunt ab ignis regimine ex colliquatione & unione acidæ & urinosi volatilium in planta, ita, ut clarior generandi modus sit hic. Sub concrematione plantæ, dum colliquescant partes concretæ, sal plantæ volatile potissimum inter avolandum arripit partem sulphuris concreti, cum eodem se unit & figit in alkali potissimum, qui colliquantis sulphuris amplexus aufugit, abit in auras & constituit fuliginis corpus. Hinc est, quod vegetabilia oleosa copiosa dent salia fixa. Modus quo fiant ex lignis copiosiora salia fixa sequitur. Lignum pini si crematur clauso vase aut loco, sal volatile sulphureus arripit, & fixantur in alkali cum artificio copiosum: Sin vero cremetur in aere libero, paucas dabit cineres & per consequens sal fixum. Sic ligna putrida



putrida fortissimò quamvis urgeas igne nullum dant sal fixum, quia in putredine omne sal volatile cum sulphure abscescit. Vegetabilia verò multa habent salia fixa: Imprimis horum operationem ostendit sal nitri fixum. Si nitrum solum cremetur ignè, abit in auras, sin vero addatur parum sulphuris, relinquitur perfectum sal nitri fixum, eoque copiosius, quo plus sulphuris additur. Fundamenta fixationis vide apud *Helmont: & Tachen.*

Hæc salia fixa dicuntur salia lixiviva, quoniam instar lixivii vel ex lixivio extrahuntur. Aliò nomine & quidem Arabibus dicuntur *Alkalia a Kali* herbâ Ægyptiaca, crescente secundum nitrosum flumen Nilum, sapore nitroso, quæ a veteribus Ægyptiis fuit concremata. Ex eadem copiosum elicitum fuit sal fixum, quod dixere Kali, & præposito articulo Al, ortum est Alkali. Hæc herba hodie reperitur apud Seburgum, & est species sedi.

Hoc latius fuit extensum ad omnia salia vegetabilium, sed cum observatum esset, quod tam volatilia quam fixa Alkalia essent, (quod ab acidis factum est) tunc latiori adhuc sensu omnia salia contraria acidis seu Urinosa tam volatilia, quam fixa, dicta sunt alkalia. Unde vocabulum *Alkali* in posterum semper utemur pro omni sale Urinoso, tam volatili quam fixo.

## CAP. IV.

## De Sale Salso.

Prædicta Salia, acidum nimirum & alcali dum invicem congruuntur, compositum tertium nimirum constituunt *salsum*, quod neque est acidum nec urinosum, sed compositum ex sale alkali & acido, salsum appellatum. Hæc est genuina salis falsi natura, ut scilicet participet de duplici natura. Sed *Zvvelferus* usurpat sal falsum sæpius pro sale urinoso, quod tamen salsum, unde caute legenda ejus sunt scripta.

In genere *Salia Alkalia* si cum acidis combinentur sunt vel *Salia volatilia*, vel *salia fixa*. *Salsum volatile* est, quando cum acido sese unicit alkali volatile, & tale est quod in ignis tortura evanescit. e. gr. ammoniacum, hoc ammoniacum (uti post dicemus) constat ex sale alkali vel urina, & ex acido salis communis. Et hoc acidum quia concurret cum Urina est salsum. *Salsum fixum* est, quando cum acido sese conjunxit Alkali fixum, u. gr. Spiritus

vi-

Alkalia unde dicantur.

Alkalia quæ sunt.

Sal falsum ex quibus constat

Salia quatuor-glicia. Salsum volatile quid?

Sal ammoniacum ex quibus constat? Salsum fixum quid.



Salsa sine pugna cum Urinosis & acidis se maritant.

vitrioli & sal tartari: hæc salsa sunt naæ hermaphroditicæ, seu participant de utroque, de acido, & urinoso, ita, ut acidum destruat alkali & regnet, aut alkali subjuget acidum imperium, que gerat, unde ex amborum concursu sit tertium salum, compositum ex his neutrum, de utroque tamen participans. Quamvis autem videamus, quod *acida cum urinosis se sine effervescentia non commisceant*, nihil ominus *salsa sine alia pugna atque acrivitate cum urinosis & acidis se se maritant.*

## CAP. V.

## De Sale Ammoniaco.

Nostrum sal ammoniacum non est veterum idem ammoniacum. Differentia inter sal ammoniacum veterum & nostrum hodie usuale. Unde patet ammoniacum.

Dictum fuit superius, quod *sal Ammoniacum sit sal salsum sed volatile*, nostrum quidem Ammoniacum non est idoneum sal veterum. Hoc enim fuit nativum, nostrum vero artificiale est. Veterum fuit enatum sub arena in regione Lybiæ juxta Ammonis Oraculum, unde maxime nomen sortitur. Ibidem loci fertur in more fuisse mercatoribus sub camelis iter suscipere, unde cum urina camelorum confermentata terra produxit Ammoniacum nativum veterum. Nostrum ammoniacum constat ex Sale communi, qui dissolvitur in magna copia Urinæ humanæ, addita pauca fuliginè (ut sit centesima præter propter totius portio), hæc forti ignè coquantur ad certam consistentiam, postmodum in loco frigido concrescit sal quoddam candescens quod dicitur Ammoniacum.

Quomodo fiat?

Compositionis seu generationis modus est hic: Sal volatile urinæ & fulginis sub coctione ista dum evaporat phlegma (nam post phlegma debet ascendere sal volatile) se conjungit cum acido salis communis, & ambo concrescunt in massam salam, quæ dicitur Ammoniacum, & est sal salsum volatile, natum ex sale volatili urinæ & acido salis communis.

Uusus salis  
Hæc.

In signe est stomachicum & antifebrile.

Uusus Ammoniaci salis est duplex, vel est Medicus, vel Alchymisticus. Quod attinet usum Medicum est stomachicum singulare de tergens sordes stomacho adhærentes, unde in *ἀπεψία* si conjungatur cum aromatibus, cinamomo, pipere vel cubebis, vix datur melius stomachicum hoc ipso. Deinde quoque est antifebrile nobilissimum in febribus intermittentibus, si præmissis præmittendis ad vom-



vomitum ante paroxysmum exhibeatur. Mitigat febres quartanas, & melior ex spectandus est successus si misceatur cum oculis 69. v. gr.

R. *Æci* depurat: gr. XV. ad XX  
oc. 69. gr. 8. ad X,  
M. F. Pulv. r.  
Detur ante paroxysmum.

Pulvis anti  
quartanarius  
auroris.

Rarò bis assumitur, nisi febris altas egerit radices. Aliàs quoque potens est diureticum cum oc. 69 assumptum, præcavetque calculi proventum abstergendo renum tumulos. Unde in ischuria tam a sanguine congrumato, quam ab alia causa quacunque egregium præstat effectum. Depuratur autem hoc modò. Solvitur in Aqua simplici, filtratur, & post tenuissimi phlegmatis exhalationem in loco frigido concrefcit in strias saliniformes.

Depuratio Sz  
lis *Æci*.

*Ammoniacum* Solutum in Aqua simplici vel solum sublimatur in flores, vel ut quidam volunt (sed pessimo consilio) sublimatur cum limatura martis, tunc enim in Aere acidum *Æci* rodit martem & vitriolum tingitur cum eo, Sal volatile verò vel Urinum avolat in auras, fortiori tamen  $\Delta$  ascendunt flores salini, sed acidi & Vitriolacci longe inferiores ipso ammoniacò.

Flores Salis  
*Æci* simplices & compositi,  
*ammoniacum*  
cum Limatura  
Martis in  
flores sublimatum nullius est  
momenti

Usus Alchymisticus Ammoniaci est pro volatilisatione sulphurum fixorum metallorum & mineralium. Docet hoc Basilii Valentini, cujus verba germanica sunt. Der Salmiac ist nicht der geringste Schlüssel aufzuschließen die Metallen/darumb er auch von den alten einen flüchtigen Vogel verglichen wird. Er kan einführen die Farben von Tincturis Mineralium und etsicher Metallorum/ und mit seinem geschwinden Federn super Boreas führen. Unde maxime vocatur aquila alba, aquila celestis, quia beneficio ammoniaci salis facile res possunt sublimari, & ab eo instar aquæ læ in altum evehi. Sic lapis hæmatites qui est naturæ Martialis & saturninæ, si probè subigitur cum ammoniacò, ambo ascendunt in flores rubeos in usu Medico excellentes, in specie in omnibus febribus conveniunt. Sublimationem Solis cum *Æco* docet Zwelferus in mantissa Hermetica. Corallia quorum sulphur alias fortiter mistum est cum suo concreto, nihil ominus cum *Æco* sublimantur in flores rubeos, subinde nova sublimatione fortificandos, ex quibus postea Tinctura elegans confici potest.

Causa,  
Cum Sale ammoniacò volatilisantur Sulphura fixa metallorum & mineralium,  
Sal ammoniacum dicitur alias aquila alba.

Flores *Æci*  
Martia  
excellentes  
cum Lapide  
hæmatitis,  
Usus florum  
horum.

Flores *Æci*  
coralliaci ex  
his parata  
Tinctura corallorum.

Sic quibusdam singulare artificium est, dum Caput mortuum

B

Vitri-



Vitrioli Veneris probe calcinatum & arte edul oratum miscent cum Ammoniaco & sublimant. Non absimili modo Marcus Marc.

Lapis Buteleeri  
succedaneus.  
Modus separandi Alia volatilia Alkalia ab acidis.

Quare acidum ammoniaci libentius se conjungit cum alkali fixo.

Limatura Martis minus sunt corpora metallica acida sed non saturata.

Alkalia volatilia utitur corporum Sulphureorum rubescunt.

causa rubedinis in sanguine, ut ratione indaganda. Sp: Satis Xci diaphoreticum est.

Dosis. destruit omnia acida. est nephriticum, in inflammationibus quibuscunque est optimus.

Causa inflammationis in pleuritide quae Sp: ammoniaci resolvit sanguinem coagulatum.

Virtus scilicet effugit Xci quae.

sublimavit vitriolum pro lapide Buteleeri Helmontii. Ut autem separatio acidi ab Urinosis volatili in Ammoniaco fiat, adae Salia Alkalia v. gr: sal Tartari, aut sal cinerum clavellatorum, Calcem vivam, Sic enim fit, ut hoc sal alkali fixum conjungat se cum acido salis communis in ammoniaco contento, sal volatile se explicat ex compedibus.

& in naturali forma ascendit, vel in forma florum vel in forma Spiritus. Quare autem acidum Ammoniaci libentius se conjungit cum alkali fixo, & sal suum dimittit in arenam? R. quod fixa fixis libentius sese maritent, natura illorum ita jubente.

Præterea quoque alia subiecta præter alkalia junguntur acido, in specie Xci v. gr. Limatura martis, minium &c. quia hæc corpora metallica acida quidem sunt sed non saturata, unde absorbent acidum Xci, & ejus sal volatile liberæ relinquunt voluntati, ut vel in forma salis, vel spiritus urinosi assurgat. Ordinarè Spiritus Xci est coloris albi, facile tamen ipsi potest conciliari color aureus cum sulphure communi. Sic R. Xci

& sulphuris com: ana une: V. & hac subiecta miscantur cum Calce viva une VI. si destillantur per Retortam prodit spiritus coloris aurei, odoris foetidi ratione Sulphurei. Sed nota, quod alkalia volatilia ubi inveniunt subiecta Sulphurea ex utrorumque conjunctione oritur color ruber, unde quis rationem rubedinis in sanguine facile reperiet Porro Spiritus Ammoniaci excellens est sudoriferum, quia penetrat fortiter corporis intimum. Dosis eius prout fortis vel debilis, erit a gutt: 30, 40, ad 50, habita ratione subiecti;

& eo ipso, dum est sal volatile, destruit omnia acida superflua in corpore, & mutat in salia, quæ partim per sudorem, partim per Urinam evacuantur. Hinc egregium est nephriticum, & præcavet calculum, sua penetratione resolvit massam sanguinis, eamque fluidam reddit ac tenuem, unde in quibuscunque inflammationibus v. gr: in Erysip late, Pleuritide ubi acidum vitium sanguinem coagulans dat inflammationes, egregium est remedium, destruens acidum & resolvens coagulum sanguinem. Idque confirmat experientia. Si cani Spiritus Xci injiciatur, sanguis fluidus evadit.

Dictum, quod Xcum sit febrifugum, & hoc a sale volatili obtinet, & verum est, quod si in febribus, præsertim intermittentibus, per horam unam ante paroxysmum tempore præ-

præ-



præmissō vomitu adhibeatur, infallibile existat remedium. Unde maximè Dn. D. *Michaelis Lipsiensis* ipsum vocavit spiritum antifebrilem. In suffocatione uterina in paroxysmo non tam naribus admotus (sic quidem potentius excitat quam ex castoreo aut penis incensis petita remedia) sed maximè internè in  $\nabla$  melissæ, pulegy exhibitus, optimum est medicamentum, per sudorem causam eliminans morbosam.

Optimum est  
uterinum.

In affectibus Chronicis, scorbuto, malo hypochondriaco, & in splenicis aut in genere in iis affectibus chronicis vulgo ab obstructionibus derivatis, egregium hic spiritus præstat effectum. Si permisceatur cum spiritibus volatilibus appropriatis. u. gr. in scorbuto cum spiritu cochleariæ, in obstructionibus cum castoreatis & myrrhatis, tam in forma sicca quam liquida, tam externè quam interne, non solum dolores podagricos lenit destruendo acidum juxta articulos residens si misceatur cum spiritu vini camphorato, ita, ut sumatur dupla pars Spiritus vini camphorati, & una pars spiritus  $\mathcal{H}$ aci & applicetur, sed maximè hic spiritus  $\mathcal{H}$ aci artificiosè a Glaubero per certum instrumentum in mensum obstructionibus cum successu adhibetur.

Usus reliquus  
Spiritus ammoniaci.

Spiritus  $\mathcal{H}$ aci si conjungatur cum spiritu vini est artificium, nam si spiritus vini misceatur cum  $\mathcal{H}$ aco se coagulat in massam quandam, seu ut Helmontius dicit in offam crassam. Qui ritè conjungere noverit, habebit menstruum egregium pro myrrha extrahenda, item pro Elixire proprietatis sine acido, foeminis destinato. Eadem mistura (sc: Spiritus vini cum  $\mathcal{H}$ aco) solvit Terram foliatam tartari in essentiam auream, optimam in malo hypochondriaco teste Zwelfero. Hæc Mistura limaturæ  $\mathcal{O}$ tis affusa, dat essentiam  $\mathcal{O}$ tis optimam in morbis chronicis. Caput mortuum sp: salis  $\mathcal{H}$ ci si solvatur in aqua calida, filtretur & coaguletur, dat sal falsum, optimum digestivum, in virtute tamen varians, pro ratione eorum cum quibus  $\mathcal{H}$ acum junctum destilletur. Sic u. gr. Si  $\mathcal{H}$ acum cum cineribus junctum destilletur, ejus cap: mort: dabit sal, qui optimum digestivum est in malo hypochondriaco, ad scrup. j exhibitus, item in scorbuto convenit. Sylvius utitur hoc salè loco digestivi in quartana inque omnibus intermittentibus cum successu. Si paratur spiritus sasis  $\mathcal{H}$ ci cum Calce viva, ex capite mortuo paratur sal, quod optimum est lithontripti cum ad scrup: j in aqua appropriata propinandum. Idem

Spiritus  $\mathcal{H}$ ci uteri officio externe admotus egregium est medicamentum in mensum obstructionibus. Spiritus Vini & ammoniaci mixti coagulant se. menstruum egregium pro elixire proprietatis. Essentia aurea antihypochondriaca. Essentia Martis in morbis chronicis. Sal digestivum, Sylvi Sal digestivum antihypochondriacum & scorbuticum seu, Sal Lithontripticum Dokis,



Crocus Mar-  
tis aperitivus  
cum liquore  
Capitis mortui  
ammoniaci  
paratus.

Caput mortuum si solvatur in  $\nabla$  & affundatur limatura  $\text{S}^{\text{tis}}$ , eun-  
dum rodit in crocum  $\text{S}^{\text{tis}}$  optimum, & sanè meliorem eò, qui fit  
cum salibus.

## CAP. VI.

## De Tartaro Vitriolato.

Tartarus Vi-  
triolitus quid.  
In preparati-  
one saturati-  
onis punctum  
rite attendatur  
Est digestivum  
universale.

**D**iximus sæpius de Tartaro Vitriolato quod sit salsum, ex salè  
Tartari & spiritu Vitrioli constans, & si rectè saturationis  
punctum repertum, abeat in saporem vix sensibilem parum a-  
maricantem. Hunc Tartarum Vitriolatum vocat Harttmannus  
digestivum universale, id quod verum est. Præterea est stimulus  
optimus purgantium, si modò conjugatur cum purgantibus, tunc  
quarta pars purgantium sufficit.

v. gr: R. Tartari Vitriolati scrup:  $\text{ss}$  ad gr. XII

scammon: Sulphurat: gr: II

trochisc: alhandal: gr: I

Olei anis: gutt I vel II

M. D. S.

purgir Pulver.

pulvis pur-  
gans.

Tartarus Vitri-  
olatus vim  
purgantium  
intendit, tor-  
minaque præ-  
cavet in eis.  
Nota in præ-  
paratione ejus.  
Nauseam Tar-  
tari: Vitri-  
olatus unde ha-  
beat?  
Vires Tartari  
Vitriolati.

Hic, ut ut vix quarta vel quinta pars purgantium adfit, ta-  
men movet 6 vel 8 sedes, quia Tartarus Vitriolatus vim purgan-  
tium intendit, & promovet sine torminibus ventris. Hoc autem  
ut fiat, necesse est spiritus Vitrioli sit probe rectificatus & separa-  
tus a particulis  $\text{q}$  eis metallicis quas secum rapit in destillatione  
prima, aliàs nauseosus existit Tartarus Vitriolatus, hinc optimum e $\text{t}$  diu-  
reticum & Urinam ciens. coagulataque ac laticantia circa vel in-  
tra vasa urinaria, abstergens.

## CAP. VII.

## De Sale Communi.

Salia minera-  
lia quotuplicia

**I**n genere omnia salia mineralia sunt quatruplicia ut (1) sal com-  
mune, (2) composita salia ut nitrum (3) Vitriolum, (4) A-  
lumen. Hæc salia mineralia pro natura mineralium sunt resolu-  
bilia in aquosis, nihil ominis tamen unum quodque suum expetit  
menstruum, quo cum conveniat ratione conformationis. Te-  
statur



statu hoc Gassendus, qui exhibet experimentum, quò diversissima corpora salina in una eademque  $\nabla$  resolvit; scilicet: R. *quam communem, in eà dissolvit sal commune quantum potest recipere, hac  $\nabla$  saturata sale communi nihil omnino adhuc recipit quantitatem proportionalem salis mercurij, hac minustura ulterius recipit quantitatem justam Vitrioli, cur si adhuc addas Onis portionem, solvet illud.* Ideoque diversissima hæc salia insinuant se in poros Aquæ, citra hoc, ut unum alterum eliminet. Jam uti magnam Salia cum aqua habent convenientiam, ita ingentem cum oleosis seu sulphureis è contra gerunt inimicitiam, ut propterea nullum sal possit solvi in Spiritu Vini bene rectificato, qui neque saccharum, concretum illud tartareo salinum hanc ob rationem solvere potest. Hæc salia si destillentur, dant spiritum acidum, varium tamen pro varia unius cuiuscunque Salis textura particularumque conformatione. Alius namque est spiritus vitrioli, alius est spiritus salis, alius est spiritus Nitri, prout vero coaluere cum variis corpusculis, inde pro nova textura diversum quodlibet dat Spiritum.

Queritur, quæ ratio subsit, quòd salia sicca reddant Spiritum humidum? R. hoc fit duplici modo: partim per salinarum particularum inversionem, partim per humores in corpore adjecto & aeris ambientis immisionem. Quod attinet particularum salinarum inversionem, hæc in eo consistit, ut agitatae particulae salinae sub ignis tortura à se invicem discernantur, & motu impetuoso a se mutuo dissipentur. Hinc maxime est, quòd in forma nebulæ aut sumi cum impetu irrumpant in appositum receptaculum, ibique invicem associatae cum humido seu aquosis atomis aëreis coeant tandem in liquorem. Ad istarum particularum separationem confert corpus illud terrestre, rebus destillatis adjectum, v. gr. argilla, bolus quod plerumque additur hanc ob causam, ne liquecant destillanda. Propter hanc particularum salinarum inversionem fit, ut sal commune per repetitas solutiones possit redigi in puram aquam, de quo vide elegantem Orationem de ortu & progressu Chimie Olai Rudbeck.

Sal commune est triplex, aut est Marinum, aut fontanum, aut montanum. Quod attinet fontanum, illud est quod ex fontibus salinis excoquitur, inspissaturque. In coctione ut granuletur siliarii addunt sel bubulum vel sanguinem bubulum curiose facis. Evadamentum consistit in hoc, quòd sal volatile in bile bubu-

Experim: varia corpora salina in uno li. quore solubilia esse demonstrans.

Aqua & oleosa plane diversis obtinent texturas, ideo non misceri possunt. Causa cur saccharum non solvatur in spiritu vini. Salia destillata dant spiritum acidum diversum tamen saporis.

Causa cur salia sicca dent Spiritum humidum?

Causa cur Spiritus in destillatione salium sub forma nebulæ prodeant. Cur botus salibus destillandis admisceatur.

Sal commune potest redigi in puram aquam in spidam.

Sal commune quotuplex? Cur salinarii ad granulum sal ad dant sel bubulum?



concurrat cum acido in sale communi, acidum vero in aqua salsa laetans ut alkali contrarium statim accurret ad alkali, ac ita se invicem exagitant in particulas minores, ubi tandem ob copiam acidi alkali ab acido exsuperante coagulatur, ac cum eodem se unit, ex qua unione & mutua particularum adhaesione perfecte granulatur sal fontanum: *Sal Marinum* per similem aquæ admixtæ exhalationem paratum, granula longe majora habet, longeque duriora & crystallos elegantiores quam sal fontanum, quoniam *pater*

Sal marinum  
quomodo fiat?

pater est mon-  
tani & fontani  
salis.  
Ufus salis ma-  
rini,

In sale marino  
invenitur per-  
fectum sulphur  
ardens.  
Molus quo-  
modo sal fon-  
tanum ac-  
geminae gene-  
retur a sale  
marino.

est & fontani & montani salis.

Ufus salis marini maximè ante reliquos omnes emiaet, tam in Chemicis quam Alchymisticis laboribus, spiritus quoque salis marini longe præcellit spiritum salis communis & salis fossilis, præterea reperitur sulphur vivum perfectum ardens & inflammabile in sale marino, qui in rectificatione striatim se prodit, unde ejus quoque sulphureus percipitur odor. Est itaque *sal marinum Pater & salis communis, & fossilis*. Nam sal marinum cum aqua marina seu per modum transcolationis centrum terræ petat, ibique in vaporem resolvatur, vaporque hic à centro terræ ad circumferentiam tendat, & in aquam denique (qua sententia est *Becheri*) densetur: seu per modum pressionis transcolatur per poros & meatus terræ) semper aliquid perdit de sua acredine, & hinc debilior redditur aqua fontana salsa ipsa aqua marinâ. Sicuti, ubi hæc aqua marina in aliqua terræ cavitate subsistit, oritur sal fossile quod paulo præstantius sale communi. Hæc salia communia sunt *salsa, composita ex acido præpollente & Urinoso*. Probat hoc resolutio salis spagyrica. Si recipiatur spiritus salis, & affundatur alkalibus aliquibus v. gr. Sali tartari, vel cineribus clavellatis & convenienti proportione solvus & debite inspissus, habebis perfectissimum sal commune. Simile fit, si spiritus Salis communis affundatur Calci vivæ, si destilletur, habebis quoque singularissimum sal ex capite mortuo elixiviato, simillimum Sali communi.

Silia communi  
composita  
sunt ex acido  
& urinoso.  
Experimentū  
probans hæc.

Alius modus  
conficiendi  
sal commune  
ex Spiritu aci-  
do & alkali  
fixo.  
Calcinatio Sa-  
lis communis.  
Crepitus causa  
si  $\Delta$  i injicia-  
tur.  
Causa cur ante  
destillationem  
decrepiteretur.

Quod spectat præparationem salis communis destillatur hoc in spiritum acidum, sed ante destillationem calcinatur hoc modò. Immittitur sal commune in catinum, ubi à flamma exardescit, crepitus edit, qui crepitus oriuntur à particulis aquosis concentratis in sale resistentibus, quæ ubi sal ab ignis tortura nimia cogitur cum impetu profluunt. Cur autem sal commune ante destillationem decrepiteretur hæc est causa, ne scilicet in destillatione cum impetu irrum-  
pen-



pentis particulæ salinæ cum aquosis dirumpant vasa continentia. Ut autem destilletur Spiritus salis, addi solet communiter bolus aut argilla, seu lutum, à secundum alios alumen utrum, propterea, ne si diutius in igne subsistat, liquecat & fundatur. *Quædam ad prom-ventam partium salinarum separationem addunt Vitriolum, quamvis alii id improbent, aut sine causa, ut ut enim corpora diversa salina destillantur, unus tamen & solus prodit Spiritus salis, relicto propter gravitatem suam in fundo Vitriolo, quod hoc modo probatur.* R. *Salis communis eidem affunde spiritum Vitrioli, & destilla per alembicum aut Retortam vitream, prodibit loco spiritus vitrioli spiritus salis perfectus & generosus, ac remanebit in fundo sal album crystallinum saporis elegantis, Glauberi sal mirabile dictum, de quo alibi.*

Modus ille qui sit cum folle per Retortam tubulatam est periculosus ex duplici ratione, (1) nedum frigidus aer injicitur in vas valde calefactum ex impetu spirituum erumpentium rumpatur vas vel retorta. (2) Quia sal dum fluit interdum penetret fundum retortæ & abeat ad carbonem, indeque finem destillationi imponat. Longè convenientior modus est quem commendat Glauberus, qui recipit carbonem ignitos, eos imbibit in qua solutum est sal commune, hos exsiccatos carbonem destillat, quod jam peculiare (in primo suo forno, quem in scriptis eius reperire licet) unde sal resolutum in forma spiritus acidi intrat receptaculum præpositum. Sed dupliciter culpandus est hic modus (1) quia fuligines sulphurei carbonum cum spiritu ascendunt, & spiritum inquinant (2) quia calcinatione ista dant sal lixiviosum fixum, quod destruit acidum spiritus salis, unde debilior hoc modo acquiritur spiritus salis.

Usu spiritus salis communis medicus est, quod destruat omnia salia alkalia seu oleosa vel bilem in corpore prædominantem, unde effervescentias febriles compefcit. Hinc in Julapiis quoque præscribi solet. Situm potenter compefcit, non tantum febricitantium sed & hypochondriacorum. Insuper maximè diureticum est medicamentum, in hydropo serum per urinam eliminando non parum prodest: Hinc, si cum alkali fixo concentratur in sal salsum, diureticum existit non contemnendum. Convenientius additur Elixiri proprietatis præ reliquis Spiritibus acidis, v. gr: sulphuris à. vitrioli. Præterea putredinem quæcumque tollit, e. gr: gangrænam si

duca-

Vitriolum salis additum in destillatione spiritus non inquinat spiritum. Experimentum probans hæc. Sal mirabile Glauberi quid, & parandi modus. Modus destillandi spiritus salis cum folle per retortam non magni est momenti. Modus destillandi spiritum salis Glauberi in copia sine vase.

quid sentiendū de hoc modo.

Usus Spiritus salis medicus. destruit omnia salia alkalia oleosa seu bilem. Situm compefcit. Sal diureticum seu Spiritus salis conguatua convenientius additur elixiri proprietatis præ reliquis spiritibus acidis. Putredines tollit.



progressum ducatur cum Spiritu salis circulus in confinio partis sanæ, progre-  
gangræne im- di ulterius prohibet, idque maxime quoque præstat butyrum  
pedit.

in scorbuto  
gingivarum.  
Spiritus Salis  
dulcis præpa-  
ratio.

*Prodest quoque si cum melle rosaceo ad aliquot guttas miscatur Spiritus salis in scorbutica gingivarum putredine. Verum, quia nimius ejus acor non semper tuto intus potest propinari propter metum rosionis intestinorum, ideo Chimici parant Spiritum salis dulcem, qui communiter fit ex spiritu vini rectificato & spiritu salis communis anaticâ portione mixtis & aliquoties bis vel ter cohobatis. Unde horum ingredientium unio dat liquorem admodum suavem, qui egregium est stomachicum appetitum defectum, cruditates nitrosas, vomitum & nauseam corrigens, in vehiculo appropriato ad gutt X. vel XV. imò ad plures extenditur, ratione circumstantiarum variarum. Interdum loco Spiritus Vini recipitur Spiritus a-  
liquis appropriatus e. gr: theriacalis quo cum fit egregius Spiritus salis in peste plurimum valens.*

Vires.

Dosis.

Spiritus Salis  
theriacalis an-  
tipestilentialis  
Dulcificatio  
per solam di-  
gestionem non  
procedit,  
qua ratione  
fieri debeat.

Quidam volunt spiritum salis simpliciter rectificare & dulcificare per lentam & diurnam digestionem in calore blando, quod tamen vix ac ne vix quidem potest fieri, ut enim per se dulcescat, necessum est ut omnino vertantur ejus particulæ acidæ omnes, & mutatâ figura earum ac texturâ novum oriatur concretum, ex quibus novæ vires dependebunt. Sed quis non videt si non impossibilitatem saltem difficultatem.

Spiritus Salis  
dulcificatio  
per Sal Tartari  
est castratio.

Deceptoriam quoque est dulcificatio ista, qua sal Tartari additur primæ distillationi salis communis. Nam Sal Tartari absorbet acidum spiritus unde loco Spiritus salis dulcis habebis phlegma limpium acidum.

Ufus Alchy-  
misticus Spi-  
ritus Salis.

Ufus alchymisticus non est exiguus. Spiritus enim salis concentratus seu rectificatus optimè menstruum dat pro solvendo auro optimo: Imo, si ita rectificetur, ne partes acidas deperdat non solum, sed & secum in altum rapiat, in spiritum abit. *De quare vide Zovallfer, in maniss: p. 322.* Concentratus spiritus salis hoc quoque præstat. Ejus præparatio talis est. R: lap: calaminar: pulverisati, imbibe cum spiritu salis, destilletur, & prodit phlegma inspidum (nam lapis calaminaris absorpsit omne acidum) quod si mistum Capiti mortuo cum arena igne fortiori urgeatur, prodit spiritus acidissimus concentratus, hic spiritus salis concentratus solvit omnia corpora mineralia & metallica excepto sulphure & Lunâ.

Spiritus Salis  
concentratus.

Ufus Spiritus  
Salis concen-  
trati,  
Solvit omnia  
metalla exce-  
pto Sulphure  
& Luna.

Imprimis autem solvit corpus Solis superficialiter ac apparenter modo,  
nam



nam *nulla Ori perfecta sed saltem superficialis cum sale fieri potest* Spiritus Salis  
*Solutio.* E Sale communi & ejusdem spiritu elegans Poterius pa-  
 rat artificium, quando ex Capite mortuo post destillationem relicto  
 parat crystallas, affudendo eidem Spiritu vini ex uvarum racemis tem-  
 pore vindemiæ collectis destillatum, misturam fimo equino comit-  
 tit, & post hanc evaporationem instituit, ponitq; in loco frigido,  
 ubi elegantes oriuntur crystalli, dulces, grati saporis, qui sunt sto-  
 machicum magui momenti.

apparenter fal-  
 sim solvit

Crystalli Salis  
 dulces Poterius

eorum usus

CAP. VIII.

De Sale Gemmæ.

**S**al Gemmæ vocatur ita, quia sub forma gemmarum ut plurimum  
*Seruitur è fodinis.* De hoc notandum, quod in fodinis sit leve,  
 aeri verò expositum insigniter grave, ita, ut quantum antea in  
 minera ejus unus movere poterat, extra natale extractum quin-  
 que non possint. Ut plurimum in forma dura apparet. In Ca-  
 labria verò reperitur molliusculum, ita, ut eidem variæ figuræ  
 imprimi possint, qui ubi aeri exponitur, concrefcit in corpus sa-  
 linum.

Sal gemmæ cue  
 ita dicatur. Lo-  
 cus nalis.  
 in fodinis est  
 leve in Aere  
 insigniter  
 grave.

Usus eos habet hoc montanum quos habet fontanum, nisi  
 quod virtutes sint efficaciores quam salis communis. Unde quoque  
 diureticum est egregium, quod si cum sale communi beneficio salis  
 gemmæ & salis volatilis succini mistura fiat cum aqua vinoque, potus  
 erit admodum diureticus, qui fortiter pellet calculum & arenas re-  
 num & vesicæ. Aliàs quoque clysteribus additur ad drachm; j, ad  
 emollienda scybala indurata, quo de Forestus videatur.

Potus diureti-  
 cus lithontri-  
 pticus,

Spiritus salis compositus paratur quoque ex ana nitri & sale  
 communi à gemmæ. Hic spiritus salis constat primario ex spiritu  
 nitri, (qui rubro fumo se quoque prodit,) hinc, parti-  
 culis spiritus salis communis. Unde patet, quod sit vera  
 Aqua regis pro solvendo Oro. Hoc consideratione dignum,  
 quod spiritus salis nitri simplex probe rectificatus solvat  
 omnia metalla, Orum verò non tangat. E contrario si accipiatur  
 spiritus nitri cum sale communi aut ejus spiritu, tunc perfecte solvit  
 Orum, Nam vero dimittit salvam intactamque. Tanta est ami-  
 citia in Sole & sale minerali communi, cum reliquis omnibus sali-  
 bus verò inimicitia,

Spiritus salis  
 compositus

Spiritus salis  
 nitricus sim-  
 plex omnia  
 solvit metalla  
 excepto nitro,



## De Sale Nitri.

**N**itrum est sal sane mirabile sulphureæ naturæ, constans sulphurè  
 Nitrum ex quib9 constat. admodum volatile inflammabili. Nam originem suam capit in terra quadam pingui, ex qua excoquitur & elixiviat. Et talem pinguiusculam materiam seu terram pro matrice habet, quæ humectatur ab excrementis animalium, ab urina scilicet & eorum stercoribus. Hoc enim sal volatile urinosum cum copioso sulphure imprægnatum sensim sensimque a sale acido terræ de natura salis centralis subigitur, alteratur, & immutatur, donec hæc duo salia concrecant in unum tertium salsum, quod dicitur Nitrum.

Quomodo generetur artificialiter.

Nitri efflorescētis in muris modus generationis.

Nitrum ex lumbricis,

Experimentū probans nitrum compositū esse ex acido sulphuris & sale alkali.

Nitrum purgandum à sale suo heterogeneo aut equam in usum vocetur. Sal in nitro abundans unde

Tale Nitrum ex omni terra conficere licet, si scilicet Terra quædam coacervatur in cumulum, modo ab aere & pluvia arceatur, & imprægnetur urinâ vel animalium vel humana, fiat lixivium, & post humiditatis evaporationem conspectui se sinit perfectum Nitrum. Sic quoque habemus Nitrum efflorescens & adherens lapidibus & muris. Nam in muris istis antiquis ab exhalatione Spiritus seu salis acidi ex terra sal Calcis vive cum inornatur muri sensim sensimque solvitur, alteratur & subigitur. Sal calcis vive participat de alkali, spiritus acidus eo se jungit eubalans e Terra, & ambo ununt se in sal Nitrum, unde non mirum videri debet, quod Becherus Nitrum præparet ex lumbricis. Et singularis planè modus est, quò Glauberus sal ex vegetabilibus parat per furnum pressorium quem vide in ejus scriptis.

Nitrum est sal salsum constans ex acido sulphuris, & sale alkali, invicem junctis. Hoc exinde patet, si enim recipiamus sal fixum, aut cum carbonibus alkalisatum, hoc si cum spiritu acido conjungatur, abit in perfectum nitrum. Sic quoque fit si sali tartari affundatur Spiritum salis, exinde emergit verum nitrum. Hoc nitrum componitur ex urinoso sulphureo, quod sulphur est admodum volatile, ut cum acido simul in auras erumpat, adeo, ut ex spiritu acido cum alkali quodam fixo fiat nitrum inflammabile.

Nitrum hoc prout in Medicinâ Chemicâ usum vocandum est, maxime liberandum est a sale suo heterogeneo, quem nitri refinatores vocant der Schalck, & est sal commune, quod cum Urina & stercoribus permistum, postmodum in generatione nitro fuit permistum. Et hoc sal heterogeneum seu der Schalck reperitur

ritur



ritur & datur in illo tantum nitro quod eruitur & invenitur in illis locis ubi homines sua deponunt excrementa, in aliis locis non item. Cur autem tale sal in Urina detur, est ratio, quia sal commune quod cum alimentis assumitur est invincibile a nostro corpore, unde uti assumptum fuit, ita rursus excernitur. Proba autem an Nitrum multum habeat de hoc phlegmate consistit in deflagratione nitri, v. gr: R. carbones ignitos, impone iis Nitrum, si purum sit deflagrat Nitrum, nihilque remanet, si vero impurum, aliquid falsi albi & caustici remanet, quod ceu dictum antequam Nitrum in usum vocetur removendum. Usum Medicum quod concernit, crudum egregium est Medicamentum in omni salium genere par non habens. Si Nitrum depuratum adhibeas, proderit imprimis in febris ardentibus tam benignis quam malignis ad Scrup: j. vel Nitrum giatum a Scrup: ff adhibendum. Sic in potu ordinario Nitrum depuratum a drachma ff ad drachmas vj in febris continuis & astuante massa sanguinea commode poterit usurpari. Convenit quoque in siti quacunque, a quacunque causa, in siti hydropicorum est diureticum optimum. Ad compescendam syrtiriasin singulare est remedium Nitrum si crebrius usurpetur, adeo, ut exinde totalem in re & rea impotentiam conciliare queamus. Dein ad hemorrhagias quascunque, imprimis ab anastomati ortas expertum datur remedium tam externe quam interne administratum. Hoc tamen notari velim, quod stomachi & intestinorum tonum laxet atque debilitet. Nitrum autem depuratur communiter cum Sulphure, & dicitur inde fixum vel lapis Prunelle. Verum hoc modo preparatus lapis prunellæ parum aut nihil valet, utut contrarium totus mundus Chemicus statuatur. Ratio hæc est, quoniam Nitrum solum in injectione sulphuris deflagrat, & tunc spiritus acidus sulphureus totus exhalat, & remanet Sal Alcali, seu Nitrum fixum. Hoc Nitrum fixum se saturat ab acido sulphuris adjecti, quod imbibit, & fit sal falsum tertium, inutile in angina aliisque affectibus similibus remedium, aliàs Nitrum cum Sulphure purificatum semper amittit aliquid de viribus, idque eò magis, quo sæpius cum sulphure deflagratur. Et licet Nitrum fluat in ignis tortura, nihil tamen exhalat, ut primum autem addatur aliquid sulphuris, mox totum evanescit relicto in fundo sale tertio. Quod si vero Nitro adiciantur carbones, post deflagrationem remanet perfectum alkali fixum, quia non saturari poterit a sulphure carbonum.

Proba falsi nitri probe refinati.

Usus Medicus nitri crudi.

Est optimum febrifugum in ardentibus ac malignis. In astuante sanguine. In siti.

Impotentiam nimio usu causatur. Expertum est remedium internum in hemorrhagia. Laxat. Lapis prunellæ quid? Lapis prunellæ cum Sulphure paratus nullius est usus.

Nitri fixatio



Nitri optima  
depuratio per  
alkalia fixa.

*Optima omnium Nitri depuratio est quæ fit per alkalia fixa.* Fit lixivium fortissimum vel ex sale tartari vel ex C. Clavellatis, infunditur in hoc nitrum, sic alkali fixum arripit omne acidum vitiosum, omneque corrosivum & excrementitium quod est in nitro. Unde post levem humiditatis absorptionem seu exhalationem excrescit nitrum in crystallos depuratissimos.

Spiritus nitri.

Modus copiose  
acquirendi  
spiritum nitri.

Artificialis  
preparatio ni-  
tri.

Usus Spiritus  
nitri-

Spiritus Nitri  
dulcis.

Dosis.

Cautela in pre-  
paratione Sp-  
iritu dulcis  
observanda.

modus paran-  
di.

Sal volatile  
spiritus vini,  
seu spiritus vi-  
ni coagulatus.  
Transmutatio  
salis volatilis  
spiritus vini  
in spiritum u-  
rinofum:

Inter præparata est *Spiritus Nitri*, qui destillatur per retortam adjecto bolo communi vel argilla calcinata, ne fluat. Hoc tamen *observandum*, quod quò plus addatur boli vel argillæ, eo copiosior acquiratur spiritus, v. gr. si 10 vel 12 partes boli unæ nitri parti admisceas, totum ferè abit in spiritum nitrum, e contra tertiam partem si addas, multum salis fixi remanebit in capite mortuo, & spiritus in minori copia acquiritur. Hic spiritus si cum salis tartari spiritu misceatur, perfectum exhibet nitrum.

*Usus est in febris malignis, in julapiis, & sane hoc loco magis præstat quam reliqui spiritus acidi minerales.* Convenit quoque in colica flatulenta, item in tympanitide, nec non in phrenitide & calculo optatum dat effectum, Verùm quia nimis est corrosivus spiritus nitri crudus, propterea misceri solet spiritui Vini vel alio vegetabili. v. gr. Recipatur pars I spiritus nitri optimè rectificati, cum tripla parte Spiritus vini vel alterius mista destilletur per retortam in aqua, præcedente aliquot dierum digestionè, sic enim evadit temperatior & valde utilis in Medicina. Dosis Spiritus Nitri dulcis est a drachma s; ad drachmā j in vehiculo appropriato. Notetur autem, quod mixtura horum Spirituum, quando scilicet spiritus nitri & Spiritus Vini probe rectificati miscentur, ingentem excitent effervescentiam, adeo, ut nisi sensim permisceantur, vasa ruptantur. Hoc medio innixi sunt, qui tanquam per secretam enchiresin volunt sal volatile ex Spiritu Vini elicere. Recipiunt scilicet Spiritum Vini, & permiscent pedetentim cum s; j spiritus nitri, donec cesset omnis strepitus & effervescentiæ impetus, tunc per retortam lenissimo  $\Delta$ e abstrahitur liquor, & remanebit sal saporis aciduli, quod est sal volatile: Spiritus Vini, fixatum a spiritu acido nitri, quod additione alkali fixi facile potest destillari in Spiritum urinofum. Sic Spiritus nitri cum Spiritu Vini paratus itaque dulcificatus vocatur Spiritus anticolicus, in specie si Spiritus Vini prius abstractus sit à chamomilla romana, valde convenit in colica ad drachmā j, estque singulare antipleuriticum, quam curat per sudorem.

rem.



rem. Prodest in angina & omnibus febribus cum angina partium-  
que inflammatione conjunctis. Denique in nephritide & inflammati-  
one renum est expertum remedium. Usus spiritus  
nitri dulcis.

Aliàs nitrum & ejus spiritus est basis omnium aquarum fortium  
& regiarum. Parantur more communi aquæ fortes ex nitri par-  
te j. vitriolique p. ij, hæc mista destillantur per Retortam, &  
fit aqua fortis, quæ nihil est aliud quam spiritus nitri, ut ut enim ad-  
ditum si vitriolum, tamen de vitriolo nihil prodit. Hinc tantum  
præstamus cum solo spiritu nitri, quam cum aqua forti. Sic si permi-  
sta sunt ☉ & ☿, & infundatur mixtura spiritus nitri, solvit  
☿, ☿rum autem intactum relinquit. Aqua fortis.

Aqua Regis fit, quando destillantur nitri p ij ammoniaci p. j  
unde prodit spiritus nitri acuat cum ammoniaco sale. Aqua Regis.

Elegantiori enchiresi præparari potest Aqua fortis & A-  
qua Regis v. gr. R. Vitriolum, adde nitrum in aqua communi  
solutum. Hæc mista destillantur in aqua per retortam, prodit  
perfectus spiritus nitri, cui si quid addideris salis communis est ut  
aqua regis;

Dixi in aqua forti nihil super esse de vitriolo, ast hoc tamen cer-  
tum est, quod nitrum particulas metallicas ꝑris secum rapiat, &  
probat: Si aqua forti bullienti immittas cultrum, tunc mox  
rubeo contrahit, quia particule acidæ & exhalantes ex aqua  
forti corrodunt ferrum, unde licet nihil de vitriolo in aqua forti  
adsit ex mente Glauberi, partes tamen metallicæ spiritui nitri se as-  
sociant, & simul ascendunt. Causa cur fer-  
rum aqua forti  
immisum ru-  
bescat,

Jam de Capite mortuo aque fortis notatur, quod constat ex vi-  
triolo & spiritu nitri quod Caput mortuum calcinatum, inque ollis  
vâ communi elixiviatum, dat sal album, qui vocatus omnium  
rectissimè nitrum vitriolatum, hæc in mixtura alkali nieri simul ag-  
greditur partem Vitrioli metallicam, & extrahit aliquid de Sul-  
phure ejus fixo, unde notum est, quod hoc nitrum vitriolatum,  
vel ut aliàs quoque appellatur arcanum duplicatum Mynsi ubi ab  
inventore, habeat blandam virtutem anodinam, somniferam in vigiliis  
diuturnis aliisque affectibus. Usus nitri Vitriolati est optimus in  
affectibus chronicis, in febribus intermittentibus, scorbuto. Da-  
tur ante paroxysmum ad scrup. j & est egregium stomachicum; unde  
quoque fuit basis pulveris stomachici Michaelis. Si in mensibus  
suppressis misceatur granis vj myrrhæ, feliciter succedit operatio.

Caqut mortuū  
aque fortis ex  
quibus constat  
Nitru vitriola-  
tum seu arca-  
num duplica-  
tum mynshch-  
ti.

Vires Nitri  
vitriolati quæ  
& unde



In camphora  
perfecta ma-  
nife curatio  
l. met.

In specie in affectibus Melancholicis in mania si propinetur cum camphora (nam in camphora perfecta curatio mania latet) non exiguum dabit commodum. Præterea quia somnum inducit, ratione sulphuris e corpore metallico Vitrioli, in his maximopere conducit affectibus. Vocatur sal antifebrile, quia in febris exstrpandis optimum est, tam loco digestivi in diebus intermissionis, quam horâ proxima ante paroxysmum propinatum.

Modus aquâ  
fortem paran-  
di melior.

Dicitur fuit, quod spiritus nitri secum rapiat particulas metallicas, hoc autem ne fiat addatur loco Vitrioli alumen, quod talibus partibus metallicis plane caret, & sic puriorem melioremque habebis aquam fortem.

Aqua regis.

Aqua Regis constat ex nitro, sale communi vel ammoniaco salê, nam quotiescunque additur nitro sal, semper evadit aqua regis.

Ufus aquæ  
fortis.

Aqua fortis dicata est solutioni Dæ, e contra Aqua Regis dicata solutioni Ois non verò Dæ cui Aqua Fortis quæ lunam aliaque metalla præter Olem solvit. Si Vitriolo sal commune addideris, solvet illud, hâc intacta relicta.

## CAP. X.

## De Vitriolo.

Vitriolum in  
terra visceri-  
bus quomodo  
generetur.

Vox vitrioli  
interdum lati-  
ns extenditur.  
Vitriolum Sa-  
turni quid?  
Vitriolum Læ-  
uæ quid?

Variatio vitri-  
oli in colore  
ac virtute un-  
de?

**V**itriolum generatur in terræ visceribus per Calcinationem quandam quæ ita fit: Minera veneris vel martis corroditur a spiritu acido sulphuris, qui cum eadem coagulatur & ita conrescit in corpus unum, quod dicitur Vitriolum. Propriè vox vitrioli spectat vel ad martem, vel ad venerem. Nihil ominus tam, men alia metalla soluta impropiè & abusivè dicuntur Vitriolum. Sacharum saturni dicitur quibusdam vitriolum saturni, Sic crystalli Dæ optimè purgantes dicuntur nonnullis vitriolum Dnæ, & similes aliæ coagulationes, sed abusivè.

Generationem vitrioli fieri dictum est per corrosionem martis vel Præ, â liquore sulphuris acido, unde, prout varia minera corrola, variat quoque ipsum vitriolum. Si minera veneris corrola sit, oritur vitriolum florè cæruleo, si martis, elegans viridescens Si utrâque de minera constet, participat quoque de duobus coloribus.

Aliàs Cyprinum maximè est cæruleum, Ungaricum item, quia



quia de venere participat. Sic quoque viride est Goslarieſe, quod ex ore potissimum conſtat. Generationem vitrioli egregie illustrat artificialis productio vitrioli, nativo per omnia ſimilis. v. gr. R. ſp: ſulphuris (ſulphur enim communiter habet duplicem ſubſtantiam (1.) picuminoſam, (2.) ſalnam. In ſulphure bituminola deſlagrat, & ſalina diſpergitur & coit in ſpiritum acidum) miſcetur & diluitur cum aqua, additurque mars vel venus, unde ſpiritus ſulphuris corrodit adjectum ſtem vel ſrem, factâ hac calcinatione corroſiva, materiam hanc calcinatam evapora poſt filtrationem, & in loco frigido videbis cryſtallos vitrioli ſtis ſris: Hoc vitriolum artificiale adeo eſt ſimile naturali in omnibus fere, ut ovum ovo non ſit ſimilius.

Alio modo & quidem elegantiori & magis utili componitur vitriolum artificiale: Si recipiatur lamina Martis vel Veneris, ſic fiat ſtratum ſuper ſtratum cum pulvere ſulphuris, permixta in crucibulo committantur  $\Delta$ i, ut cementando fiat calcinatio. Nam in  $\Delta$ e dum inflammatur ſulphur ſtraticatum prodit ſpiritus acidus, qui corrodit ſubſtantiam Martis vel Veneris, factâ hac calcinatione miſtura hæc committitur  $\nabla$ e ſimplici, quæ tunc virideſcit ſi mars corroſus, ſi venus, cœruleſcit, hæc poſt filtrationem evapora ad juſtam quantitatem, & in fundo videbis cryſtallos egregios. Hoc Vitriolum artificiale idem eſt cum nativo, eundem habet uſum, eodemque dat effectus ſeu producta quæ dat vitriolum nativum. Nam ſi recipiatur vel artificiale vel naturale præmiſſis præmittendis deſtilletur, acquiritur (1.) phlegma inſipidum (2.) acidus ſpiritus ſimillimus ſpiritui ſulphuris communi. Remanens Caput mortuum cum borrace calcinatum verum dat ſal martis aut veneris, unde reſte dicunt Chimici quidam, quod Vitriolum conſtet ex minera metallica in ſpecie Martis vel Veneris, corroſa a ſpiritu ſulphuris acido. Videatur Angelus Sala in Anatomia vitrioli, ex quo Kircherus fideliffime omnia fere exſcripfit quæ de vitriolo habet, ſuppreſſo veri autoris nomine Vitriolum nativum reperitur in terra vel ſub forma Vitrioli, vel ſub forma lapidis ſulphurei, pyritis dicti. Lapis hic pyrites participat de Marte vel Venere, & ſimul de ſulphure, ex quo Goslarieſes ſuum conſciunt vitriolum hoc modo: Conuaditur hic lapis, calcinatur, & calcinatus ita aeri exponitur: Hoc dum ſit, vel ſponte effloreſcit vitriolum vel cum aqua elixivatur.

Modo parandi vitriolum artificiale.

Cryſtalli vitrioli Martis & Veneris.

Alius modus parandi vitriolum artificiale.

Sal Martis vel Veneris ex vitriolo artificiali.

Locus natalis vitrioli.

Lapis pyritis ex quibus conſteat.

Modus Goslarieſium parandi vitriolum.

Fun-



*Fundamentum* hujus preparationis hoc est: Dum lapides hi de ♂te vel Venere participantes calcinantur cum sulphure, sub ignis vehementia sulphur inflammatum prodit suum spiritum acidum, qui aggreditur sibi junctum metallum, idque corrodit, unde, dum postmodum aeri exponuntur, aeris humiditates sensim sensimque insinuant se, cumque acido sulphure se conjungunt, hoc resolyunt, & ita sensim in vitriolum abit.

*Vitriolum* aliàs raro reperitur purum seu simplex, subinde tamen Cyprinum & Ungaricum sua gaudent simplicitate. Romanum verò & Saltzburgicum ut plurimum mixtæ sunt naturæ. Jam ut pro usu Medico habeamus purum *vitriolum* interdum cum Venere vel Marte conjunctum ita solent separare. Solvitur nempe hoc diversæ naturæ vitriolum in aqua simplici, & dum super ignem ebullit hæc solutionis aqua, eadem intruduntur bacilli ferrei. Sic enim Venus præcipitatur ad fundum, quoniam acidum in vitriolo aggreditur ♂tem & relinquit venerem, & sic oritur purum vitriolum martis.

Cypricum & ungaricum optimum est. Modus separandi vitriolum ab adjunctis.

Præparata ex vitriolo quæ

Oleum & spiritus vitrioli non differunt nisi ratione majoris & minoris aciditatis.

Olei crassities unde?

Spiritus aciditas imbecillitas unde?

Experimentum oleum a spiritu non nisi aciditate ac coloris obscuritate differre.

Modus redigendi oleum vitrioli in spiritum vitrioli.

Signum Capitis mortui vitrioli puri.

Sal Caput mortui vitrioli

*Vitriolum* calcinatum igne, dat (1) phlegma tenue, aliàs ros vitrioli dictum, quod subsequitur copiosius donec acescere incipiat, (2) dum acescit, aucto igne erumpunt nebulae, quæ in spiritu proprio coagulatae dant spiritum. (3) oritur Oleum vitrioli, & sic finitur destillatio. Oleum & spiritus vitrioli non differunt nisi ratione majoris & minoris aciditatis. Nam oleum vitrioli ultimam vi ignis destillatum rapit particulas metallicas secum, unde crassities ejus & coloris obscuritas. Spiritus enim vitrioli mistus est copiosiori phlegmati seu aquæ, unde aciditas ejus imbecillior est præ aciditate olei vitrioli, quia magis concentratum habet acidum, unde maxime rigorosiori ignis examine opus habet. Hoc probatur exinde, si rectificatur fortiter & accurate spiritus vitrioli, ita ut lenissimo igne evocetur, tunc remanet spiritus ejusdem acrimoniae ac consistentiæ ac est oleum vitrioli, si verò oleo vitrioli corrosivo infundas aquam simplicem destillatam, & destilletur rectificando sicut spiritus vitrioli, tunc oleum vitrioli sub formâ spiritus habebis.

Caput mortuum est nigrum subinde, interdum fuscum, quandoque apparet nigrum, tunc omni privatum spiritu, ubi verò est fulci coloris non omnis ex eo destillatus est spiritus. Ex capite mortuo calcinato soluto in aqua communi, elicitur sal quod



quod est acidum, cum aliqua mineræ parte conjunctum. Istud  
caput mortuum vitrioli ex quo elixiviatum est sal fixum, dicitur  
terra vitrioli dulcis, estque nihil aliud, quam crocus metallorum  
obstructivus, seu est pars residua mineræ metallicæ post separationem  
spiritus sulphuris, à cujus corrosione transmutatum fuit metallum  
in vitriolum, separato verò spiritu, remanet minera à se corrosa.

Caput mortuum vitrioli si exponatur aeri libero, ita tamen, ut neque à pluvia, neque à radiis solaribus alteretur, post aliquot tempus novo imprægnatur spiritu: Hoc tamen fit certò tempore, mensibus scilicet vernalibus & autumnalibus, in æstate & hyeme nihil attrahit. Jam quæritur, an spiritus ille in capite mortuo vitrioli denuo ex aere attractus sit unus idemque cum spiritu vitrioli, an vero alius & novus ex aere regeneratus? Respondetur, utraque sententia habet suos Patronos. Certum est, quod spiritus vitrioli vulgaris quodammodo ad naturam nitrosam inclinat, nam si perfectè extrahatur omnis spiritus ex capite mortuo, nihil ex aere attrahet spiritus. Mediâ nos incedimus viâ, dicentes, quod spiritus vitrioli regeneratus sit omnino acidum quoddam quod latuit in capite mortuo, & hoc caput mortuum simul ex aere extrahit acidum nitrosum, unde spiritus regeneratus evadit ex his duobus tertius quasi, qui est naturæ intermedie inter spiritum vitrioli & spiritum nitri.

Paracelsus ex vitriolo quartam partem pharmaceuticis constituit, ut eorum non initemur phantasiâ, qui ipsum lapidem Philosophorû ex vitriolo eruere laborant, decepti Versiculo illo vulgari *Vitrioli Interiora Terra, Rectificando Invenies Optatum Lapidem Veram Medicinam*: Horum litteræ initiales exhibent vocabulum Vitrioli, qui tamen versus longè aliò sensu interpretandus est.

Vitriolum dum  $\Delta$ e examinamus, offert phlegma, hinc spiritum cum oleo. Quod attinet phlegma vitrioli, hoc, ut ut vulgo rejiciatur, elegans tamen & perutile in eò latuit medicina, turget enim sulphure vitrioli spiritus, unde maximè saporè acidulum possidet, & interno usu adhibitum, gratum est refrigerium in aestu viscerum, Massamque sanguineam rorulentâ suâ sulphureitatè egregie refocillat, unde externe in doloribus & ardoribus capitis instar epithematis fronti admotum, valdè confert, cum omnes dolores mitiget.

D

Pble.

Terra vitrioli  
dulcis.

Regeneratio  
spiritus vitrioli  
ex capite mortuo  
ejus.  
Quæritur an spiritus  
vitrioli per  
aerem regeneratus  
ejusdem sit naturæ cum  
spiritu vitrioli  
communis?

Lapidem philosophorum  
ex vitriolo eruere  
solo est absurdum.

Ufus phlegmatis  
vitrioli  
Medicus internus.

Externus usus.



**Helmonti** junioris medicamentum anti-phthificum.

**Aqua** coelestis Basilii Valentini quid? Usus ejusdem.

**Usus** spiritus vitrioli medicinalis.

**Spiritus** vitrioli coagulatus.

**Spiritus** vitrioli nocet pulmonibus propter particulas veneris metallicas nisi sit correctus. Causa cur ex ejus usu dentes nigredine afficiantur. Sp: vitrioli virilitatem extingvit. Experimenta

*Phlegma hoc cohobatum aliquoties a vitriolo & per digestionem exalatum, optimum predicatur remedium in phthysi & tabe e corruptione viscerum enata, in specie in vomica pulmonum, quo in affectu cum successu usurpat Helmont: junior, sic quoque omnes inflammationes viscerum, & inde ortos abscessus potenter tollit.*

Pertinet huc *Aqua Coelestis Basilii Valentini*, quam in testamento nobis reliquit, quæ nihil est aliud, quàm phlegma vitrioli cum *Sale Tartari*. In modo enarratis affectibus laudata est medicina. Quod spectat spiritum & oleum vitrioli, sunt hæc unus ejusdemque natura, & non nisi ratione majoris & minoris aciditatis & consistentiæ differunt, cum oleum vitrioli sit spiritus concentratus, & spiritus oleum resolutum. Præter varios usus in Chimia in præcipitatione saturni maximi usus est. In medicina optatum edic effectum in affectibus stomachicis, si in vehiculo appropriato ad aliquot guttas exhibeatur, imprimis si immisceatur terra vel *Ara parisiensis* vel *proprietatis vel mentha*, in *acria avoposia* aliisque affectibus optimum est remedium. Paracellus dicit, quod spiritus vitrioli adeo roboret stomachum, ut ferrum struthiocameli instar concoquere possit. Hoc utut sapiat hyperbolem, verum tamen est, quod non sit contemnendum remedium in febribus ardentibus, quo *Tulapia* potiusque ordinarii acidulentur. Præprimis vi sua adstrictoria viscera ac cor corroborat & firmat, renum sordes abtergit, & sabulum nephriticum eliminat, teste Paracollo aliisque præstatis. Præstat tamen pro usu hoc si coaguletur, sitque si à quodam Alkali absorptus in formam crassam coagulatur, omne enim alkali absorbet, acidum, & abeunt simul in salum tertium diureticum, unde propter hanc vim diureticam magis convenit spiritus vitrioli coagulatus. Interea tamen (ut supra quoque monui de acidulis) pulmonibus nocet, propter aciditatem & liquamen metallicum veneris vel martis inimicissimum. Dentibus porro prodest, hoc tamen habet vitii, ut affrictis cum unguentis dentibus, emittat ex le mineras corrosas, quæ præcipitate, dentes nigredine afficiunt, unde loco spiritus vitrioli hoc in casu eligatur spiritus salis. Testibus inimicus quoque observatus est, virilitatem enim extingvit, unde crebro ejus usu masculi emaculantur, insigniterque debilitantur testes.

Dixi, quod spiritus vitrioli secum gerat mineras metalli-

cas.



quas secum abripuit per retortam. Hoc exinde patet, quod nisi exacte rectificetur, uti primitus sit egregie clarus, si ad tempus steterit, flavescat, & terræ ochræ instar ad fundum dimittat materiam, quæ nihil aliud est quam pars vitrioli metallica præcipitata. Hæc tamen arte infixæ coherent spiritui atque oleo vitrioli, ut vix ac ne vix quidem eandem separet, & tamen si huic spiritui insillus spiritum urinæ vel sanguinis humani, protinus in colore viridi apparet, propter præcipitatas particulas metallicas.

Spiritus e vitriolo elicitæ differunt, prout vel ex vitriolo Martis vel Veneris ortum trahunt. Sic quidam ut acquirant spiritum vitrioli hermaphroditicum recipiunt vitriolum Martis & Veneris artificiale, destillant, & acquirunt spiritum duplicis naturæ, qui vulgo commendatur in affectibus mulierum. Unde ab

*Hartmanno* ad præparationem Elixiris uterini Crollii adhibetur. Hic tamen spiritus hermaphroditicus non multum differt a spiri-

tu vitrioli vulgari, uti credo, cum vitriolum vulgare raro sit simplex, sed ut plurimum participet de Marte & Venere. Spiritus, oleum, & phlegma simul concurrunt in unum recipiens tempore destillationis, quæ solent vulgo a se invicem separari & rectificari: Hanc autem separationem & rectificationem spiritus ab oleo & phlegmate non vult approbare *Zwelferus*, quia cum phlegmate vitrioli dum separatur simul ascendat spiritus vitrioli volatilis sulphureus, quo ablato, relictus spiritus vitrioli nobilioris parte defraudatus est. Spiritus vitrioli propter corrosivam suam vim quibusdam suspectus est, unde allaborant ut eum dulcificent, id quod volunt quidam præstare per se, sed res est difficilis.

Quod vero sit prorsus impossibile vix credendum, nam digestiones & cohobationes mutando corporum texturas multum valent in alterandis corporum qualitatibus, unde digerendo & cohobando in tantum spiritus vitrioli immutatio fit, sed res est multi laboris. Vulgo palliative dulcificant spiritum vitrioli cum spiritu vini digerendo & cohobando: Alii hoc præstant imbuendo Caput mortuū propriū & iterum destillando, quod Caput mortuum absorbet exactissime spiritum, & postmodum phlegma saltem non vero spiritum recipiunt, cum hic ceu dixi, fortiter in Capite mortuo concentretur. Alii recipiunt spiritum & urinam humanam, & super hæc destillant spiritum vitrioli, sed hæc operatio est deceptoria. Nam Mars in destillatione

probans particulas metallicas quasdam spiritum vitrioli in destillatione secum rapere.

Spiritus vitrioli maxime differt pro diversitate vitrioli. Spiritus vitrioli hermaphroditicus.

Ufus ejus. Spiritus vitrioli separatim à phlegmate & oleo an laudanda?

Dulcificatio spiritus vitrioli quomodo fiat?

Dulcificatio palliativa cum spiritu vini. Dulcificatio cum Capite mortuo proprio. Dulcificatio cum Marte & urina nullius est momenti.



absorbet spiritum acidum erumpentem, urina verò mutat eum in  
 falfedinem, unde phlegma falfum acidum acquirunt. Aliàs cer-  
 tum est, quòd, quando spiritus vitrioli ex vitriolo Martis artificiose pa-  
 ratur, habeat aliquam dulcedinem: Sapor enim adstrictorius à  
 Marte nativo, nauseosus verò à Venere in spiritu vitrioli dependens  
 observatur.

Sp: vitrioli  
 martis est ali-  
 quomodo dul-  
 cis.

Spiritus ape-  
 ritivus Penori-

1707  
 1708  
 1709  
 1710  
 1711  
 1712  
 1713  
 1714  
 1715  
 1716  
 1717  
 1718  
 1719  
 1720  
 1721  
 1722  
 1723  
 1724  
 1725  
 1726  
 1727  
 1728  
 1729  
 1730  
 1731  
 1732  
 1733  
 1734  
 1735  
 1736  
 1737  
 1738  
 1739  
 1740  
 1741  
 1742  
 1743  
 1744  
 1745  
 1746  
 1747  
 1748  
 1749  
 1750  
 1751  
 1752  
 1753  
 1754  
 1755  
 1756  
 1757  
 1758  
 1759  
 1760  
 1761  
 1762  
 1763  
 1764  
 1765  
 1766  
 1767  
 1768  
 1769  
 1770  
 1771  
 1772  
 1773  
 1774  
 1775  
 1776  
 1777  
 1778  
 1779  
 1780  
 1781  
 1782  
 1783  
 1784  
 1785  
 1786  
 1787  
 1788  
 1789  
 1790  
 1791  
 1792  
 1793  
 1794  
 1795  
 1796  
 1797  
 1798  
 1799  
 1800

Spiritus vitri-  
 oli volatilifati  
 vires

Spiritus vitri-  
 oli volatilifati  
 us est non ens

Enchireses  
 quedã in pre-  
 paratione spi-  
 ritus vitrioli  
 volatilifati  
 observandã.

Alius modus  
 volatilifandi  
 spiritum vitri-

Pertinet huc spiritus Aperitivus Penotti, vide Schroeder p.  
 m. 489. Paratur ex vitriolo calcinato cum silicibus calcinatis, &  
 quartã parte tartari ad albedinem calcinati, mista in cella reponun-  
 tur fermentationis causa, postmodum rigoroso  $\Delta$  è urgentur, de-  
 stillanturque, quæ dant paucum spiritum acidum rectificando a-  
 cuendum. Hic spiritus Penotti miior est spiritu vitrioli, quia pro-  
 pter admixtionem tartari & silicem acor vitrioli destruitur nimius,  
 & est nihil aliud quam spiritus vitrioli, sed qui propter tartarum  
 fit ex se debilis, nisi abstractione phlegmatis roboretur. Spiritus  
 vitrioli vulgaris minus arridet sublimioribus Chemicis, qui conan-  
 tur eundem volatilifare. Hic spiritus vitrioli volatilifatus vulgo  
 commendatur à Paracelsò ad curam Epilepsie; multis laudum enco-  
 miis ab eo (suppresso licet laborandi modò) extollitur, dicitur-  
 que der IXmah! übergetrieben ist. Hic spiritus est non ens, cu-  
 jus notæ, sunt, ut (1) facili  $\Delta$  e elevetur in altum, & striatim ut  
 spiritus vini per alembicum ascendat. (2) Cum spiritus vitrioli  
 vulgaris non sit admodum sulphureus, naresque non sine gravi mo-  
 lestia afficiat, quare propter suam volatilitatem à multis auxiliè desi-  
 deratur, ejuq; tamen præparationes tot sunt, quot capita.

Attamen, qui cupit eum præparare, has sequentes observet en-  
 chireses: Primo paratur e vitriolo non calcinato, nam in calcinatio-  
 ne nobilior ejus pars cum phlegmate avolat, Secundo  $\Delta$  è non ni-  
 mis sit vobemens, ne spiritus vulgaris fixus prodeat, qui volatilifatus  
 figit. Tertio in præparatione dum calent vasa removendum est re-  
 ceptaculum, aliàs spiritus volatilifatus reintrat caput mortuum, figitur  
 itidem & nihil postmodum acquiritur. Quarto non omittenda est  
 digestio, cum semel expulsius cum phlegmate proprio aliquandiu sit  
 digerendus, & à capite mortuo cohobandus, quia volatilifatur mag-  
 is, idq; tamdiu, donec tandem per vasa altissima destilletur. Pa-  
 rum quidem dat, & aliquot liba spiritus vitrioli vulgaris vix drach-  
 ma i exhibent spiritus volatilifatus, aut est nobilissimi usus.

Aliàs volatilifare conantur quidam spiritum vitrioli vul-  
 garem cum spiritu vini hunc in modum, & fit spiritus vitrioli epi-  
 lepti-



*lepticum.* R caput mortuum quod ab incubatu in aere aliquandiu denuo fuit imprægnatum, hoc destillant, & acquirunt spiritum vitrioli regeneratum dictum, huic spiritui admiscent spiritum vini digestum cum speciebus epilepticis, postmodum misturam hanc destillant per tetortam & prodit spiritus antiepilepticus. Sic quoque eodem p'ane modo præparat *D. D. Michael* Lipsiensis spiritum suum *Cephalicum.* R. spiritum vini cum herbis cephalicis digestum & ab iis abstractum, hunc affundit vitriolo & tis ad albedinem calcinato, hæc destillat blando  $\Delta$ e per retortam, & prodit spiritus cephalicus, qui optimus est in morbo maligno cum convulsionibus, item omnibus capitis affectibus.

Alius modus volatilifandi est cum urina humana, auctore *Quercetano*, qui quoque commendatur ab *Hartmanno.* Caput mortuum vitrioli figitur cum octuplo urinæ & destillatur per retortam, prodit primò phlegma, quod est anodynum in podagricis doloribus. Nam acuatum est sale urinæ & sulphure vitrioli, unde mire prodest hoc phlegma primò prodiens. Succedit phlegma subtile, quod dicitur optimum ophthalmicum teste *Minderero*, constans ex phlegmate acuatò cum sale votatili urinoso paucò, quod abiit in sal penetrans tertium. Hic liquor ad omnes ferè oculorum affectus in specie ad catarrhactas, suffusiones, ungues oculorum, mirè deprædicatur. Succedit tandem vitrioli spiritus, ab urina mutatus in sal tertium volatile, qui in epilepsia infantum egregium præstat usum.

Post spiritus & olei destillationem remanet caput mortuum vitrioli quod vocant *Colcothar* fictò vocabulò, à *Paracelso* ita indigitatum, ut ut caput mortuum omnem remanentiam post destillationem significet, propriè tu id denotat, quod post spiritus & olei vitrioli destillationem remanet. Hoc caput mortuum si rigorose destillatum sit, ut appareat nigrum, tunc nullum amplius spiritum continet, atro purpurei est coloris, tunc affusâ aquâ communi calidâ elixviatur *Sal vitrioli*, quod crystallisandum est. Hoc sal vitrioli habet vim inducendi nauseam & vomitum. Tanquam optimum vomitorium commendatur à *Sala*, adeò, ut vocitet id *Mannam vitrioli vomitoriam*. Dosis a scrup: j ad drachmam s̄j. Verùm cautissimus sis in hujus usu. Ego religioni mihi duco exhibere sal vitrioli vomendi causâ, quia hujus natura dependet à  $\text{Qrè}$ , quæ ventriculum debilitat, ejusque tonum destruit, imò, si plicis ejus

oli vulgarem.  
Spiritus vitrioli epilepticus.

Spiritus Cephalicus *D. Michaelis.*

Alius modus volatilifandi spiritum vitrioli vulgarem. Aqua antipodagrica anodyna. Aqua ophthalmica *Mindereri*. Usus hujus aquæ.

Sp: vitrioli anti epilepticus volatilis.

*Colcothar* quid.

Sal vitrioli,

Usus ejus. *Manna vitrioli vomitoria* *Sala*.

Periculum in exhibitione vitrioli timendum.



se insinuet, nauseam pertinacissimam & inanes vomendi conatus per aliquot septimanas infert. Sic quoque periculum est ut in ventriculo ex attracto forsan aere in perfectum redeat vitriolum, sicque totalem stomacho causetur ruinam. *Nocet* ipsis quoque pulmonibus teste *Minderero*, qui ejus usum omnibus dissuadet. *Notandum* autem, quod solum sal vitrioli *Æris vomitum* cieat, sal vitrioli *Ætis* hoc nunquam præstabit, & sine tali metu propinari potest. *Ubi & hoc sal ex capite mortuo sublatum est, remanet terra inanis, quæ dicitur terra vitrioli dulcis balsamica.*

Terra vitrioli dulcis balsamica quid?

*Terra vitrioli hæc dulcis balsamica nihil est aliud quam crocus Martis* (uti sæpius innuimus) vel est Mars, vel Venus, vel cuprum ad summum gradum calcinatum. Hæc terra interne & externe adhiberi potest in affectibus omnibus quæ obstructione opus habent. Dicitur terra balsamica, quod quasi balsamicam in se reconditam habeat virtutem ad curanda vulnera, unde quoque cum balsamicis

Ufus Terræ vitrioli dulcis.

Virtus unguenti Felicis Vurtzii unde?

Fundamentum ejus virtutis in quo consistat.

vulnerariis misceri solet utiliter, unde unguentum fulcum Felicis Wurtzii ratione hujus egregium est in vulneribus curandis. Fundamentum hujus præparationis est, quod exhausta hæc terra vitrioli (quæ ingreditur unguentum Felicis Wurtzii) omni acido evacuato sitiat, unde absorbet omnes acidos acres ac fa pores vulnerum, eos edulcorat simulque adstringit, & labia vulnerum coarctat, ut promptius à balsamo naturali sanentur. *Externe* adhibetur ad quascunque hæmorrhagias quarumcunque partium. Aliàs ex hac terra vitrioli balsamica paratur comuniter *tinctura adstringentia*, quæ dicitur *tinctura sulphuris vitrioli*, quæ nihil est aliud quam *tinctura Martis*, quæ itidem in omnibus partium hæmorrhagiis certissimum est remedium. Paratur ex Capite mortuo vitrioli Martis. R. Caput mortuum seu terra vitrioli dulcis balsamica, affunditur eadem spiritus vitrioli communis seu spiritus vitrioli cum alumine compositus, solvitur dein, filtratur, & abstrahitur per arenam, remanens materia extrahitur cum spiritu vini in tincturam egregiè rubentem adstringentem, quæ in omnibus hæmorrhagiis, dysenteria, item diarrhæa, sputo sanguinis optimi est successus. Dof. ã. g. 20. ad 30. in vehiculo appropriato Dicitur tinctura sulphuris vitrioli, quia eadem inest sulphur. Hujus ratione quoque videamus sulphur vitrioli dulce anodynum, a Paracelso primo, & post ab Helmontio commendatum. Dicitur vitrioli sulphur dulce anodynum, quia habet vim anodynam do-

Hæmorrhagiæ remedium. Tinctura sulphuris vitrioli. Ufus.

Sulphur vitrioli anodynum dulce quid?

lores



lores & furores inordinatos (ita loquente Paracelfo) archæi sedandi. Hoc sulphur ex vitrioli sulphure nihil aliud est, quam sulphur Veneris fixum. Paratur non immediate ex Venere, sed ex vitriolo Veneris, quando cuprum in corrosione à spiritu sulphuris acido in vitriolum fuit bene reseratum, ita enim promptius ejus sulphur extrahi potest. In Marte & vitriolo Martis analogum latet sulphur, sed non tam efficax in Medicina quam sulphur vitrioli Veneris. *Helmont. destillat hoc sulphur Veneris in oleum viride mel- le dulcius, quod vocat elementum ignis Veneris. Hoc oleum viride* (adjuncto Mercurio Anni secundum artem, à quo alkahest li- quor abstractus est) fixatur per liquorem alkahest, constituitque

Grum ejus horizontale. Videatur *Helmont: tractat lithias: c. 8.*  
 Ex hoc vitriolo Veneris & inde parato sulphure procedit  
 Dryff *Helmontii*, seu succedaneus lapis *Buttleri* *Helmont:* dum lixivio microcosmico sulphur vitrioli Veneris eluitur à concreto. vide *Helmont. l. 2. Buttler:* Verum cum non omnibus liceat adire Corinthum vulgo parant analogum huic sulphuri fixo vitrioli. Alii enim per ammoniacum sublimant Caput vitrioli Veneris, & egregium acquirunt remedium. Inter alios est *Starckius*, qui coquit sal tartari, & ebullire sinit cum colcothare vitrioli, sic maxime putat fore, ut alkali fixum propter convenientiam sulphuris in radice, attrahat ad se sulphur Veneris, quod postmodum volatilifcat, & optimum prædicat remedium. Sed est hoc difficile, quia paucis datum est volatilifcare salia fixa *D. D. Boyle* (qui tribuit multum fidei scriptis *Helmontii*) componit flores ex sulphure vitrioli Veneris cum ammoniaco & tos, quos ceu sacram anchoram in malis stomachi veneratur: R, scilicet ammoniacum, jungit cum Capite mortuo Veneris exactissime edulcorato, (alias medicamentum præparatum habet saporem vitriolicum) sublimat, ac solvit in aqua, & edulcorat, atque ita acquirit flores aurantii coloris, quos vocat *primum ens Veneris*. Hisce floribus tribuit vim anodynam, dicitque, quod sint in raritudine certi effectus experimentum.

In capite mortuo vitrioli *Oris* latitat vis pulveris sympathetici, curans vulnera alioque affectus magneticâ virtute. De quo vide *Papyn: Dygbi Modus præparandi* est hic: R vitriolum imprimis *Oris*, exponunt diebus canicularibus radiis *Oribus*, ut calcinetur ad flavedinem, (notandum, non exponendum est radii solis nimis astantibus, alias vis hæc sympathetica, quæ nihil aliud est quam

In Marte & vitriolo Martis anodynum quoque ac dulce later sulphur.

Elementum ignis Veneris *Helmontii* quid? Aurum *Helmontii* horizontale quid? Lapis *Buttleri* seu Dryff *Helmontii* quid?

Flores sulphuris vitrioli Veneris, seu primum ens Veneris. Usus.

Virtus.

Pulvis sympatheticus.

ful-



sulphur  $\varphi$  ris, evanescit) Fundamentum cura, (sympathetica consistit in sulphure vitrioli  $\varphi$  ris, quod vulnera in distans sanantur, alii aliter parant, scilicet recipiunt vitriolum  $\varphi$  ris vel vitriolum commune, solvunt in aqua, & præcipitant cum sale tartari, & vocant tartari vitriolū, sed falso. Nam sal tartari absorbet acidum vitrioli, & minera metallica pondere suo cadit ad fundum.

## CAP. XI.

## De Alumine.

O cognatum est vitriolo. Spiritus salis compositus.

Ex One similis spiritus ac ex vitriolo potest parari.

Experimentū monstrans generationem aluminis ex spiritu sulphuris acido & corpore petroso.

Productio artificialis Onis ex pyrite calcinato.

**A**lumen vitriolo cognatum est, & ex hoc alumine cum sale communi destillatur spiritus salis compositus, pro magisteriis aliisque præparandis. Dico cognatum esse Alumen vitriolo: Nam sicut vitriolum ex spiritu acido sulphuris & metallo corrosivo, ita O ex eodem constat spiritu acido sulphuris & petroso terreo corpore, à spiritu sulphuris soluto, ac in aluminosam pellucidam substantiam unito. Hinc est, quod ex One quoque destillari possit talis spiritus acidus qualis prodit ex vitriolo sub  $\Delta$ is tortura, qui tamen non est adeo acidus ut spiritus vitrioli. Ratio est, quia textura particularum spiritus acidi sub tortura  $\Delta$ is a corpore terreo petroso immutata ferè est, ut primam qualitatem atque aciditatem non amplius obtineant. Hoc ut clarius pateat R. spiritum sulphuris per campanam paratum, solvatur in eo terra sigillata, & protinus concrevit concretum Onosum, si dissolvatur spiritu  $\varphi$  tis, fit vitriolum: Hæc duo concreta per retortam destillata, non dant eisdem exactè spiritus, sed iste qui fit cum  $\varphi$  te est paulo acrior quam qui e terra sigillata destillatur. Hanc generationem aluminis ex spiritu sulphuris acido cum corpore petroso confirmat experientia quorundam. v. gr. R. spiritum sulphuris per campanam, hunc affundunt cretæ, solvunt, evaporatam massam inspissant, & sic exinde in loco frigido perfectum alumen. Hoc refero ut communicatum, an operatio succedat, experientiæ relinquo. Alii aliter procedunt, affundunt vel spiritum vitrioli, vel salis, vel alius corporis mineralis terrestri alumini, & acquirunt alumen. Sit fides juxta autorem.

Sapius fit, ut ex pyrite calcinato generetur vitriolum, ex eodem quoque subinde fit alumen, dum sub corrosione pyritis spiritus acidus sulphuris, corrosione metalli dat vitriolum, corrosione adjecti



jecti terrestris corporis dat alumen, & certum est, quod ibi plus reperiatur aluminis ubi generatur vitriolum aut sulphur.

Dixi quod caput mortuum vitrioli exhaustum omni spiritu (non tamen totaliter exhaustum) si exponatur aeri libero impraegnetur novo spiritu ex aere. Hoc quoque verum est de capite mortuo Onis. Species aluminis variae sunt. Nam rubrum veteribus fuit incognitum, quia ars pyrotechnica iis fuit occulta.

Alumen rubrum crebris solutionibus ac calcinationibus praeparatur. Veterum vero alumina liquida nobis sunt incognita. Alias alumen plumosum vulgo datur, blandum satis ac non tam asperum ac est alumen rochæ. Hoc sæpius confunditur cum Amiantho, hæc tamen inter ea est differentia. 1. Alumen plumosum est adstrictorium non nihil saporis. Amianthus est insipidus. (2.) Alumen plumosum

$\Delta$ is rigore examinatum comburitur, & jacturam tandem in aere substantiæ suæ facit: Amianthus vero est in vincibilis ab  $\Delta$ e. Ex hoc amiantho in fila texta fiunt marsupia, in quibus Omen liquefit salvo manente marsupio in igne, qualia marsupia videre mihi licuit apud Ingeniosum Septalium. Quod attinet ipsum Omen imprimis Rochæ, hujus vis est admodum nota, unde in vomitu admodum pertinaci, diarrhæa, cum appropriatis aliis convenit, item in mensium fluxu nimio alumen rochæ ad drachmâ s; quotidie usurpatum, comprobatum est. Sic quoque in febribus Omen singulare est remedium præmissis præmittendis. Paroxysmos enim citius redeuntes retardat atque compescit. Verum O hoc conjunctum habet pinguedinem quandam excrementitiam, qua priusquam in usum medicum vocetur ab eodem est separanda.

Depuratur autem hoc modo: R. Onis q. v. solve in aqua calida, huic affunde urinam humanam, sic fit, ut pingue illud aluminis excrementum ad fundum secedat, & alumen purum reddatur. Alias pro usu febrili præparant hoc modo. Calcinant more consueto in olla, huic cum adhuc candet adjiciunt acetum ut ita solvatur, solutionem filtratam evaporant in loco frigido in crystallos elegantes, quorum usum ad scrup: j decantatus est satis.

De phlegmate & spiritu dictum est superius. Uterius paratur ex One Sacharum Onis, hoc est alumen crebris proprii phlegmatis abstractionibus & imbibitionibus in tantum invertum, ut deposita omni acrimoniâ insipidum fiat. Vide Poter: in Pharmac. Hoc sacharum Onis est specificum in dysenteria, item in

Modus regenerandi O.  
Varia aluminis genera.

Amianthus & alumen plumosum differunt.

Marsupia in  $\Delta$ is flamma querdurantia.

Usus aluminis rochæ,

Alumen retardat paroxysmos febriles. O s; de puratâ non est adhibendum intertē.  
Depuratio Onis.

Crystalli Onis antifebriles.

Sacharum Onis quid, & quomodo paratur.

Usus internus



Sachari Onis.  
Ufus Onis  
externus.

Decoctum O-  
nis in scorbu-  
to oris.  
Virtus tinctu-  
ræ laccae.

Magisterium  
Onis in ari-  
dura membro-  
rum laudatum  
medicamentum.

*hectica expertum ab Autoribus. Externe alumen dissolvitur in lotionibus vulnerum, in ulceribus sinuosis, profundis, aut malignis. Hinc quoque ad sophisticationem virginum & mulierum post partum adhibetur, ut, in vulva laxata cum decocto prunellæ solum alumen cum ammoniaco optatè est successus. Item in laxitate gingivarum scorbutica decoctico cum appropriatis feliciter adhibetur.*

Ingreditur quoque tincturam Laccae, quæ decantatisimi est effectus in ulceribus & gangræna gingivarum scorbutica. Quidam ex One parant suppositoria, & omnium primus tentavit Angelus Sala, & a Modernis continuatur hic usus, Externe in ariduris membrorum quæ ex vulneribus partium membranosarum contingunt, valdopere laudatur. Scilicet R. Omen probe calcinatum, dissolvatur in aqua communi, sic præcipitabitur pulvis, qui cum spiritu vini edulcorandus & postmodum cum unguentis appropriatis (mit Schwindsalben) miscendus, Sicut idem alumen hoc modo præparatum contra malum ischiaticum externe cum successu usurpatur.

## CAP. XII.

## De Acidulis.

Modus acqui-  
rendi purum  
vitriolum  
Martis.

**D**ictum supra capitè de vitriolo, quod vitriolum si solvatur in aqua simplici, & dum super Lem ebullit si intrudantur bacilli ferrei, & rem præcipitari ad fundum, quoniam acidum in vitriolo aggreditur & rem & relinquit & rem, & sic oriri purum vitriolum & tis.

Acidulæ quid?  
Quomodo ti-  
ant?

Hæc manu nos quasi ducunt ad cognitionem acidularum naturalium. Hæc autem acidulæ nihil aliud sunt quam vitriolum & tis acido esurino resolutum. Fiunt autem uti quibusdem ac. uratoribus naturæ scrutatoribus observare licuit, quando aqua, quæ cryptas & meatus terræ transit impregnatur à spiritu quodam salino, seu uti loqui amat Paracellus & cum eo Helmontius, quando dicta aqua impregnatur a spiritu acido esurino sulphuris embrionati: Hæc aqua ita prægnans, quando fluit per venas metallicas, imprimis ferreas, reddatur acida seu parum amaricans. Si verò à minera & impregnata, saporem communicat nauseosum. Confirmat hæc propria experientia Roches scriptoris Gallici tractatu Chimico, qui sane curiosus fuit in indagandis aquis mineralibus. Hic, ut perveni-

ret



ret in perfectiorem aquarum subterranearum seu acidularum cognitionem, videns aliquam aquam acidam, fodit terram, donec ad ejus originem perveniret, reperitque quod aqua salina subacida, quæ intranfitu suo per venam ♂tis aut ♀is lambat; illam, corrodat & absorbeat, & sic sub exortu aquam medicatam, præstat. Ex quibus virtutes acidularum patent; Nam ratione spiritus acidi sulphuris embryonati (quale acidum non datur in universo, ut ut varia diversa multaque dentur acida, hæc sub varia præparatione variè in suas vertuntur texturas atque naturas) sunt saporis penetrantis, incisivi, resolutivi egregieque diuretica, ratione vena ♂tis corrosivum habent, salia sylvestria in corpore aberrantia, acida, auferat aut alio modo corpori novica corrigendi, inque vis primis stabulantia absorbendi, imprimis in hypochondriacis & scorbuticis & similibus affectibus. Nam simul atque potantur

Virtutes acidularum quæ?

acidulæ, accurrunt ad terram venæ ♂alis in acidulis existentem, salia vitiosa corporis, cum ea se uniant, absorbentur, perque alvum redduntur. Excrementa autem nigra rejiciuntur, propter præcipitatam venam ♂tialem cum salibus sylvestribus. Porro acidularum aciditates penetrant venas mesentery, omnesque meatus referant, abstergant, corpusque universum purificant. Hinc in morbis Chronicis conducunt, in scorbuto, malo hypochondriaco, ictero nigro, in quibus deficient vires, ibi ad acidulas tanquam ad sacram anchoram confugimus.

Quæ ratione acidulæ operantur in corpore humano, & cur imprimis hypochondriacis & scorbuticis conducant?

Cur illi qui ununtur acidulis rejiciant excrementa nigra.

Uti usus acidularum.

Potandi ratio requirit, ut gradatim ascendamus, & fiat progressus à parva dosi ad mediam, tandem ad maximam. Saltim observandum,

Modus utendi & quid in earum usu observandum.

(1) Quod acidulæ stomachum validum requirant, alias destruendo stomachi tonum nocent magis.

(2) Ratione vitriolacæ naturæ nocent iis qui metuunt Phthysin, unde tales continuatò usu acidularum hydropici moriuntur.

Acidulæ nocent phthilicis

Dixi quo spiritus acidus acidularum rodit mineram ♂tis, quam absorbet, & præcipitantur ambo ad fundum in ♀rem seu terram nigram, & contingit semper ubi acidula in vase diu in loco uno continentur. Hæc materia subsidens nihil est aliud quam minera ♂tis, quæ absorpsit acidum, & præcipitatur ad fundum, ac superstes insipidum existit. Hoc quoque notandum: Ne acidula ex loco naturali transmittantur in alienum, ratio ex superioribus patet. Et hæc de acidulis natiyis.

Acidule non indantur vasis metallicis.

Acidulæ ex loco natali transmissæ in alienum nullius amplius sunt virtutis.



Modus parandi acidulas artificiales.

Optimus modus parandi acidulas artificiales.


Clyffus & acidulæ nonnullis unum & idem, sed incepte.  
Clyffus.

Tinctura foenis seu nephritica Ammelongii.

Vires ac usus.

Ubi deficiunt hæc, artificiales substitui possunt. Harum variae præparationes sunt, *omnium tamen fundamentum est*  $\sigma$ . Quidam extinguunt Martem ignitum in vino Rhenano, & propinant in *cachexia virginum*. Alii R. limaturam Martis, eamque miscent cum aceto destillato hydromellitis, cui admiscent parum vitrioli, & diluunt cum  $\text{f. q.}$   $\nabla x$ , adhibentque *in morbo chronico*. *Elegantiores* longe sunt quæ fiunt *ex phlegmate vitrioli acidulo*, seu ex destillato vitriolo, tamdiu, donec acescere incipiunt guttæ, hoc phlegma *affunditur limaturæ Martis*, & propinatur cum successu. Optimus modus est, quò crystallos vitrioli Martis in proprio phlegmate diluunt cum vino, & fiunt acidulæ egregiæ. Usus obtinuit, ut *clyffus nomine acidularum veniat*. Nam utut nihil participat de Marte, tamen cum habeat acidum esurinum, accedit fere ad puritatem aquæ acidularum nativæ, acidumque sulphuris embryonati.

Talis Clyffus componitur ex  $\delta ij$  & nitri anatica portione cum dimidia parte sulphuris: Hæc destillata dant spiritum acidum gratum, qui in febribus morbisque acutis refrigerii est instar, & præcipitans medicamentum. Aliàs cum clyffo conficiuntur tincturæ vegetabilium coloris sane perelegantis. Tinctura nephritica Ammelongii nihil est aliud quam clyffus quidam secundum se, cujus hic est modus. R:  $\delta ij$ , tartari, & silicium  $\text{Oriu}$ , ana  $\text{q. v.}$  pulveriscentur omnia debito modo. Postmodum R: nitri, solvatur in aqua tepida calida  $\text{q. f.}$  solutum addatur prioribus speciebus ut fiat mistura in forma crassa, quam reponas in cella per aliquot septimanas, & post destilletur per retortam tubulatam, unde acquies spiritum urinoso salinum, qui sane *egregium præstat commodum in calculo*.



SE-



SECTIO II,  
DE  
OPERATIONIBUS CHI-  
MICIS.

PROÆMIUM.

**N**on miraberis Curiose lector, me operationes  
Chimicas postponere Doctrinæ salium, cum omnibus  
aliis communiter præponere autoribus arrideat. Desi-  
nes enim mirari, si lecta jam curiose quoque perpende-  
ris, quod nimirum nulla perfecta alicujus operationis ejusque effe-  
ctus dari possit ratio, nisi particularum mistū componentium, in-  
ter quas eminent salinæ, ac à quibus in operationibus chemicis ma-  
xime diversi dantur eventus perfecta detur cognitio, ex quâ lon-  
ge facilius hujus vel illius contrarii vel optabilis effectus infestige-  
tur ac in promptu erit ratio, quod ex jam dicturis clarius patebit.

CAP. I.

De Solutione & Extractione, & ad hanc facienti-  
bus Menstruis.

**N**otum est communissimum illud Chemicorum *Solve. & coa-  
gula*, quò *enchireses totius artis Chemicæ innituntur*, imò ipsius  
Lapidis Philosophici intelligitur, quæ per frequentes solutio-  
nes, coagulationes, & elixiviationes peragitur. Quod attinet in  
genere Solutiones, peraguntur hæ liquore quodam qui vul-  
go dicitur Menstruum, quò ipso quoque fiunt extractions,  
unde & alio nomine Claves dicuntur Menstrua, quia his medi-  
antibus recluduntur corpora, & ex his essentia optimaq; pars eli-  
citur. Cum Menstruo sit extractio & solutio: Differunt inter

Solutio & ex-  
tractio quo-  
modo diffe-  
rant?



se ut magis & minus. Nam in solutione totum concretum maxime in sua minima resolvitur, in extractione verò non totum, sed nobilior ejus tantum pars beneficio menstrui extrahitur v. gr: Lixivium cum sale tartari aloen solvit in sua minima, aqua verò simplex ejus tantum partem mucilaginosam extrahit. Posterior hæc operatio Extractio est, prior verò perfecta solutio.

Menstrua quotuplicia.  
Menstruum universale quid, particulare quid?  
 $\Delta$  is promovet solutionem ac extractionem.  
Menstrua particularia varia sunt,

Non omne corpus a quolibet menstruo solvitur,

Ratio cur spiritus vini non solvat sacharum,

Tinctura gialappæ purgans.

2. 3. 4. 5. 6. 7. 8. 9. 10. 11. 12. 13. 14. 15. 16. 17. 18. 19. 20. 21. 22. 23. 24. 25. 26. 27. 28. 29. 30. 31. 32. 33. 34. 35. 36. 37. 38. 39. 40. 41. 42. 43. 44. 45. 46. 47. 48. 49. 50. 51. 52. 53. 54. 55. 56. 57. 58. 59. 60. 61. 62. 63. 64. 65. 66. 67. 68. 69. 70. 71. 72. 73. 74. 75. 76. 77. 78. 79. 80. 81. 82. 83. 84. 85. 86. 87. 88. 89. 90. 91. 92. 93. 94. 95. 96. 97. 98. 99. 100.

Menstrua sunt duplicia, *Universalis*, vel *Particularia*.  
*Universale Menstruum* dicitur id quod omnia corpora in discriminatim solvit. *Particulare* verò, quod quadam saltem sibi proportionata corpora solvere potest: Quorum Menstruorum operationem multum promovet  $\Delta$  is, nam ab  $\Delta$  e particulæ menstrui agitæ, inque motum concitata, fortius se in corpus solvendum insinuant, illudque resolvunt. Unde digestionum in facilitandis solutionibus apparet utilitas.

*Particularia Menstrua* varia sunt, unde unum potentius altero, v. gr: acetum destillatum probe rectificatum simplex, est fortius aquâ simplici, acetum destillatum fortius est spiritu vitrioli. Dicitur est, menstrua particularia esse varia: Non enim omne corpus solvitur à Menstruo quolibet, quia requiritur certa proportio inter menstrua solventia & subjectum solvendum, ita tamen, ut hæc duo in radice conveniant, alias nunquam hæc succedet operatio. Ratio convenientiæ in radice est, quod reperitur proportio quædam inter particulas menstrui solventis & poros subjecti solvendi, ita, ut sibi invicem respondeant, seque invicem insinuent & uniant, quod tamen in particularibus menstruis tantum locum habet, v. gr: Sacharum in  $\nabla$  solvi potest quam potentissimè, nunquam verò succedit cum spiritu vini. Ratio hæc est, quia sacharum est, naturæ salinæ, jam vero quod natura salina est facile se conjungit cum aquosis, e contra spiritus vini, ut ut longe sit penetrantior & volatilior, si sit rectificatus non solvit sacharum, quia est naturæ sulphuræ, quæ repugnat salium conformationi. Item contingit tale in extractionibus v. gr: Gialappæ, si infundas aquam simplicem, nunquam ejus virtutem purganem extrahes, e contra si infundatur cum spiritu vini, citius in leni calore extrahitur tinctura rubicunda, quia virtus purgatrix residet in parte gialappæ resinosa, quæ menstruum requirit sulphureum seu oleosum.

Non aliter se res habet in regno minerali, *Mercurium cum Venæ*.



¶ *reæ se promptissime unit, qui tamē cum aliis metallis ex gr. Marte aut non, aut difficulter conjungitur. Ratio videtur hæc lubesse, quod aurum in se foveat Mercurium purissimum, unde Mercurius vivus propter proportionem & conformationem texturæ utrorum facile se cum Mercurio solis combinat ac unit, Martis vero corpus (quod multum obtinet salu & minimum Mercuri; unde maximè tam difficulter liquatur) difficulter ingreditur, Porro menstrua particularia sunt in triplici differentia, aut sunt aquea, aut sulphurea, aut Salina.*

Causa cur Mercurius se cum auro facillime unit diffiçile verò cum aliis metallis.

*Aquea menstrua quod attinet, inter hæc se offert aqua, que imprimis convenit solvendis aut extrahendis salibus & aquis aut mucilaginosis. Deinde conducit pro solvendis & extrahendis vegetabilibus quibuscunque, modo non sint resinosa. Unde hujus beneficio parantur decocta & infusa, item Tinctura vegetabilium, feliciter extrahuntur imprimis, si aqua centaury cum sale tartari sive illud sit simplex sive lixiviale seu ejus cremore jungatur. Hoc modo extrahuntur & corriguntur quoque purgantia, quorum vis in mucilaginosâ non verò in resinosa parte consistit, v. gr. Senna, Rhabarbarum. Ulterius aqua simplex usurpatur pro extrahitione animalium, imprimis accedente coctura. Hinc fiunt omnia juscula animalium eorumque partium, hinc fiunt gelatinæ, hinc instituitur beneficio eiusdem aquæ appropriatæ calcinatio Philosophica sine  $\Delta$  e cornuum & ossium.*

Menstrua aquosa conveniunt præprimis pro extrahitione & solutione salium & mucilaginosorum.

Correctio purgantium mucilaginosorum per quæ fiat.

*Ad menstrua aquosa pertinet Ros Majalis, qui turget sale volatili nitroso, qui ros majalis destillatus, dat phlegma salinum, quod est egregium menstruum pro extrahendis essentis aut extractis vegetabilium, & præfertur non raro ipsi spiritui vini, cujus caliditas & inflammabile sulphur multis est suspectum, imò ros majalis rite preparatus. Orum solvit, elegantemque extrahit essentiam, hinc ex sale roris majalis deducenda est virtus vegetans vegetabilium.*

Virtus roris majalis in quo consistat.

Ufus ejus.

Virtus vegetabilium vegetans unde?

*Sequitur Aqua Majalis, quæ impregnata est copiosissimis virtutibus seminalibus plantarum aliarumque rerum terrestrium, prætereaque acida est, copioso sale volatili exhalentè è rebus terrestribus, & imprimis vegetabilibus, propter vim progerminativam. Hæc destillata dat Menstruum elegans pro extrahendis virtutibus vegetabilium, unde sunt, qui ex aqua Majali volunt parare Menstruum universale, id quod in specie tentavit Burthius, qui non tam menstruum universale, sed maxime lapidem philoso-*

Aquæ Majalis virtus & usus.

Lapis philosophorum ex aqua majali est non ens.

phi-



phicum voluit præparare ex eo, quod sit imprægnata influxu astrali, spiritu mundi universali seu Mercurio philosophorum. Sed res non processit, sed accepit loco menstrui universalis menstruum falsum, quò potuit solvere solem.

*Nix* dicitur quibusdam inservire pro menstruo, quod tamen non facile concesserim. Error exinde est, quia putatur in se continere sal falsum, de quo tamen non pauci dubitant. Contrarium quidam exhibere volunt, dum *ex nive parare student sulphur, & quidam oleum, sed paucum, quod curiosum satis, vide Barth. c. 3. ep. p. m. 628.*

Sulphur & oleum ex nive. Aquea menstrua nunquam solvunt corpora sulphurea. Optimum Menstruum pro extractione vegetabilium sulphureorum est spiritus vini. Alia menstrua.

Spiritus vini metallorum quoque sulphura agreditur.

Olea destillata solvunt quoque sulphurea.

Balsamum antimoniale, sulphur volatile nitri, Menstrua acida vegetabilium temperata.

Aquea hæc menstrua uti prompte ingrediuntur corpora salium, ita nunquam sulphureis miscentur, nec eadem solvunt.

Quod vero spectat Menstrua sulphurea & oleosa, inter hæc eminet spiritus vini, qui est naturæ oleosæ seu sulphureæ spirituosæ, extrahens tincturas sulphureas & oleosas. Huc quoque faciunt spiritus vegetabilium ardentis, item olea destillata, quæ sunt nihil aliud quam salia volatilia beneficio pinguis acidi concentrata, & hæc quoque solvunt sulphurea. Huc maxime spectant sulphurea, quæ constant sale volatili oleoso seu sulphureo, quæ promptissime se uniunt cum menstruo sulphureo. Huc trahuntur resinae, ut succinum, benzoës, &c. quæ suas exhibent cum spiritu vini tincturas. Quandoque & metallorum sulphura agreditur spiritus vini rectificatus, hæc tamen cum conditione, ut hæc prius per aliud menstruum fortius (acetum destillatum nempe) fuerint optime corrosa, & particulae metallicæ intime per calcinationem separatae.

Ad hæc menstrua oleosa pertinent olea destillata, juniperi anisi &c. hæc enim non solum solvunt sulphur commune, id quo l'apparet in præparatione balsami sulphuris, sed etiam solvunt sulphur ðnij calcinatum, cujus substantia admodum est sulphurea. Sic cum oleo destillato anisi ex sulphure ðy fit solutio elegans in balsamum ðiale. Itidem cum oleo destillato anisi ex nitro tentant quidam extrahere sulphur volatile. vide Glauberum. Succedunt quidem menstrua salina, tam acida, quam Urinosa, sed diversi generis. Ex regno Vegetabili usurpatur menstrui loco succus citri, berberorum, cydomorum, item omnia ista ex succis istis per fermentationem parata, ut & spiritus acidi lignorum. Hæc menstrua acida ex regno vegetabili sunt temperata, ac non tam corrosiva quam mineralia, quare ut plurimum ad subjecta porosiora adhibentur.

v. gr.



v. gr. ad oc: 69, corallia conchas, testas, item ad Martem. Horum autem porositas facile admittit menstruorum horum vegetabilium introitum, saliaque facile à similibus solvuntur.

Hæc menstrua acida, quando solvunt ejusmodi perosa corpora, plerumque excitari solet effervescentia, quia in hisce ceu notum alkali latet occultum volatile, quod accurrit ad menstruum acidum, excitatque effervescentiam.

Acetum primatum obtinet inter menstrua vegetabilia, adeo enim operatur, ut & metalla (calcinatione tamen prius referata) paulum solvat. Sic ex vitro antimonii cum aceto fit tinctura antimonii: Sic acetum destillatum solvit saturnum in minium, sal sacherianum. Similiter acetum Martem in crocum convertit utilisissimum. Idem acetum destillatum Venerem mutat in æruginem, ex qua prodit æruginis seu viridis æris, secretum Zwelferi, qui videatur. Hæc arugo cum spiritu tartari destillatur in spiritum acidum egregie penetrantem, qui longè potentior quam alius quispian. Alio modo hic spiritus destillatur ex crystallis viridis æris, modus videatur apud Zwelferum. Hoc de ☉ris notandum, quod agat in solvendo sine reactione, cum tamen è contra alia menstrua solvendo suam amittant virtutem, ita planè, ut possit sepius pro tali solutione adhiberi idem spiritus. Zwelferus quidem vult quod omnino sine remissione virium operetur, quod tamen simpliciter non est verum, semper enim de acido spiritus ☉æris adhæret subjecto corrosivo, unde tandem debilitatur & ineptior evadit.

Ex regno Minerali desumuntur menstrua salina, qualia sunt aqua fortis, aqua regis, spiritus nitri &c. quæ sunt menstrua corrosivissima, corpora maxime compactissima solventia, in specie ☉m & ☽nam. Hoc autem considerandum, quod aqua fortis licet corrosivissima, non tamen omnia solvat metalla, propter diversitatem texturæ. Aurum non solvit, nisi addatur sal commune vel sal armeniacum: Tunc enim ☉, non verò ☽am solvit. Nullum enim menstruum solvit ☽am nisi eidem admittum sit nitrum ☉ sal commune. Stannum non solvitur aceto destillato in sacherum vel sal, nisi prius probe sit calcinatum, contra citissime Mars dissolvitur. Hæc enim menstrua sunt corrosivissima.

Quæritur, an dentur Menstrua insipida? Sunt qui negant, inter quos Rolfine: Billich: & Angelus Sala. Ast affirmativa sententia verior est experientia munita. Nam corrosivitas qualis, non solvit corpora, sed eatenus, quatenus in menstruo sunt particule

Cur corpora porosa effervescent si solvantur ab acidis?

Acetum primatum obtinet inter menstrua vegetabilia. Tinctura viri antimonii. Crocus Martis: Æruginis præparatio. Spiritus.

Spiritus æruginis  
Alius modus.

Viride æs agit in solvendo sine reactione.

Menstrua salina mineralium quæ?  
Aqua fortis omnia solvit metalla.

Lunam quæ menstrua solvant.  
Stannum solo aceto non solvitur in sacherum.  
An detur menstruum insipidum metalla solvens?  
Corrosivitas quæ talis non solvit corpora



Mercurius vi-  
vus solvit  
Orum.

Oleum com-  
mune solvit  
Martem & Lu-  
nam.

Menstrua sali-  
na urinosa  
quæ.  
Hæc solvunt  
sulph urea.

Salia fixa  
quomodo  
fiunt?

Solutio anti-  
monii, in sul-  
phur.

Spirituosa  
menstrua quæ?  
eorum virtus.  
Menstruum  
pro tinctura  
foliis.

Menstrua pro  
extractione  
tam vegetabi-  
lium quam  
mineralium.  
An detur men-  
struum uni-  
versale?

Liquor Alka-  
hest unde di-  
catur & quid?

Virtus ejus.

culæ pungentes quæ se insinuant in poros subjecti solvendi. Jam quid repugnat, cur talis figura particularum in menstruis insipidis non eadem corpora solvenda penetrare possit. *Mercurius vivus gustu teste est insipidus, attamen solvit Olem. Oleum commune solvit Martem, solvit quoque Dnam, si diutius in eò contineatur est tamen ferè insipidum. Laurentbergius per experientiam affirmat in aphorismis, se vidisse menstruum insipidum, in quò aurum liquefactum instar nivis: Unde probabile est, dari talia.*

Quod attinet *menstrua salina urinosa hæc inter sunt lixiviva fortia, lixivium calcis vivæ cum sale tartari, quæ omnia solvunt sulphurea, ut taceã de solutione sulphuris comunis in præparatione lactis sulphuris. Hoc autem præstant, quia in radice conveniunt cum sulphureis, salia enim fixa, ex quibus ut plurimum lixiviva constantur sunt demum in calcinatione corporum ex sale volatili, & ex acido seu sulphurè corporum, quæ duo abeunt in sal tertium salsum, undè propter hoc sulphureum proprium reliqua solvunt quoque subjecta sulphurea. Sic lixivium calcis vivæ solvit antimonium in sulphur antimonialem, lixivium salis tartari solvit sulphur crudum.*

Non infrequentia sunt *menstrua spirituosa, quæ varia sulphurea & fixiora quodammodo possunt elicere. Sic ex spiritu urina fit menstruum pro tinctura solis. Sic spiritus vini acuat cum sale volatili urinoso dat egregium menstruum tam pro vegetabilium quam mineralium partibus eliciendû. Huc pertinent plures alii spiritus vegetabiles naturæ sulphuræ, ut spiritus juniperi, terebinthina, qui ipsum sulphur antimonii extrahere potest.*

Quæritur, an detur *Menstruum Unversale quod omnia corpora solvere possit?*

Multi negant, qui tamen in sublimiori Chimia versati sunt, affirmant. Primus omnium affirmavit Paracelsus, quemque secutus est Helmontius, Becherus & alii. *Hoc menstruum vocabulo tecnico vocant Alkalest, quod quidam ab alkali deducunt, quia ex alkalibus præparandum sit. Alii volunt, quod dicatur Al-gunst, sed ut ut sit, Helmontio est liquor, qui solvit omne corpus invisibile usque ad imam crassin seminalem. Id quoque vocatur aqua Gebenne. Et de Alkalest vulgare sonat proverbium illud Chemicorum: Vulgus concremat per  $\Delta$ em, nos per aquam. Ita alkalesticum menstruum hujus est virtutis, ut licet solvat omnia corpora, tamen agat sine reactione, & separari vel mille viabus possit solvendi seu soluti sine facta sui debilitatione. Undè corpora solvit sine*

xpa-



⓪ *xp̄ōēcs* *sua* *destru* *tion* *e*. Contrarium patet in aliis menstruis, operatur namque per solam penetrantiam, imò summo artificio tandem omnia corpora in aquam elementalem convertit. Sed ut omnia dissolvat corpora, à mercurio tamen abstractus eum figit, ut mallei vehementiam sustineat. Liquoris hujus Alkalestici fiendi modus penè omnes latuit hæctenus, propius tamèn accessit Starckius insignis Chemicus, qui tanquàm possessor hujus docet, esse corpus salinum apparens in duabus formis, esse corpus neque volatile neque fixum totum, ex duabus naturis radicaliter, sed unum apparenter, hõc ipso innuit esse liquorem alkalest.

Alkalest Mercurium figit ut malleabilis fiat.

Clarior est Becherus, qui dicit esse corpus salinum ex Mercuriali Terra, tertio metallorum proprio constans, quam terram Mercurialem in sale communi reperiri dicit, aut rara avis: Ridentus interim est Glauberus, qui ex nitro voluit componere menstruum universale. Qui non habet Alkalest discat volatilifare sal tartari fixum, & habeat succedaneum liquorem Alkalest seu menstruum universale. Volatilifationis hujus modi dantur varii, alii volatilifant sal tartari cum spiritu vini rectificatissimo, alii cum aceto destillato & spiritu vini per Alem. Vide Zwelferum & alios.

Menstruum universale succedaneum loco liquoris alkalest.

Salis tartari volatilifatio.

CAP. II.

De Effervescencia.

Dicitum est superius in doctrina salium, quod, ubi acidum concurrat cum urinoso, ebullitionem cieant non levem (1) quia se mutuo destruant (2) quia iste concursus salium fit ob insignem motum & agitationem. Primum quod attinet, non ita intelligendum est, ac si acidum cesset acidum esse, ac urinosum amittat naturam urinosi, sed quod ex mutua miscela hæc salia ita se attemperant, ut acidum quò acidum non amplius se exerat, & alkali quò alkali suas patefaciat actiones, quando ex ambobus fit tertium compositum salsum, neutrum, simpliciter absterivum.

Causa ebullitionis in commistione acidæ & urinosæ.

Exmisione acidæ & urinosæ fit tertium salsum.

De secundo ulterius dispiciendum, Nam videmus in conjunctione salis tartari & spiritus vitrioli, ex quorum combinatione oritur nunc effervescencia, nunc fermentatio, pro duplicitate salium in qua solent esse constituta. Nam, quando salia sunt pura, & non permista cum aliis particulis, mistum componentibus, fit

Causa effervescenzæ.



Causa fermentationis.

Exemplum effervescentiæ.

Alkalia conjunctis acidis effervescunt & quo puriora sunt, eo magis.

Corpora quædam terrestria cur effervescant acidis juncta. Mars & Saturnus acidis juncti cur effervescant ?

effervescencia, sin verò salia sint impura & aliis particulis associata, tunc *sub ista actione solet fieri fermentatio*. Ratio est, quia salia si non sint temperata ab aliis particulis materialibus propius se contingunt, & efficacius in se agunt, & fit effervescencia, sin verò inter hæc salia aliæ particulæ materiales intertextæ sint, impediunt salium proximiorum sui concursum & fit Fermentatio. Effervescencia exemplum videre est in sale tartari cum spiritu vitrioli volatili, item, si mixtura fiat ex spiritu acidò quocumque cum sale volatili, tunc enim insignis oritur effervescencia. Ex: gr: in musto, dum salia ejus constitutiva intertextæ sunt multis particulis materialibus, conspicua fit fermentatio, undè mustum alteratur in vinum. Generatio vini ostendit modum effervescentiæ & fermentationis; nam acetum est sal acidum vini purum, item sal tartari maximè est sal vini purum, Si combinentur, excitant effervescentiam, dum verò vinum degenerat in acetum fit per fermentationem, dum acidum & alkali vini interpositione particularum aliarum mustum constituentium in mala effervescencia impediuntur, ut minus liberè & citò in se invicem agere queant.

*Proprie effervescunt salia pura, acidum & alkali v. gr: spiritus vitrioli si misceatur oleo terebinthinæ destillato, effervescentiam dabit intensissimam cum ardore summo, propter sal volatile oleosum in oleo terebinthinæ concurrens cum acido vitrioli. Sic oleum tartari per deliquium affusum sali, in quo est acidum fortiter concentratum, effervescentiam excitant non levem. In calce viva affusa aqua fit effervescencia, propter urinosum, quod acidum aggredditur, & se uniendo effervescit. Præter alkalia manifesta subinde quoque corpora terrestria dantur, quæ absorbendo acidum, alkali habent occultum aut planè nullum, saltem absorbendo acidum, acidisque affusa effervescentiam blandam excitant, & ita maximè ad alkalia referuntur.*

Quo pertinent corpora metallica, in specie Martis & Saturni quæ effervescunt propter partes terrestres acidum absorbentes. Hæc si alkalibus annumeres, altioris erit indaginis. Hinc corallia affuso succo citri vel limonum effervescunt: Sic creta cum acidis effervescit, item marmor si affundis spiritum vitrioli cum intenso calore effervescit. Major exorietur effervescencia, si spiritus salis seu terræ affunditur & tis, limaturæ, mixturæ si affundas oleum tartari per deliquium, tanta fit effervescencia, ut vitra rumpantur.

Notum



Notum est, quod *partes salium dura v. gr: dens apri, C.C. Oc. 69, conchæ perlarum, & omnia corchilia cum acidis effervescent, quia in his a' scorditum alkali volatile, quod destillatione se prodit, dum ergo ab acido solvuntur hæc subjecta, occurrit sal volatile*  
 „ alkalicum, cum quo effervesceat. Obiter hic notetur: In quibusdam effervescentiam oriri cum intenso ardore, in quibusdam verò frigidam percipi, ergo non tam intensam. *Effervescencia calida* fiunt à subjectis sulphureis elicitis à salibus volatilibus oleosis. *Effervescencia verò frigida* fiunt, quando sal volatile purum cum acidis puris concurrit. Sic spiritus ammoniaci cum sp: salis urinæ & sp: salis concurrit citra insignem effervescentiam, ut hic circumstantiæ quædam pensitandæ. Cur verò effervescentiam dicta salia, in causa est conformatis mechanicæ particularum salinarum, dum ita sunt conformata, ut subiecto fluido permixta, propter figuræ diversitatem & singularum in æqualitatem in se impingant, unde unum trahit alterum, acidum rodit alkali, alkali absorbet acidum, & hoc tamdiu fit, donec tandem concurrant in æquali situatione, donecque mutuo cohaerent. Ut felicius percipiatur hoc, imaginandum est, quod salium acidorum partes sint conicæ & acuminatæ, partes verò alkali sint fissæ, unde hæc pugna tamdiu continuatur, donec acidum subeat alkali fissuras, & uniant se in sal salum tertium, neutrum ab his.

Oc. 69 perlae & similia cum acidis junctæ effervescent.

Differentiæ effervescentiæ quæ.

Causa effervescentiæ.

CAP. III.

De Fermentatione.

**D**ixi Fermentationem esse motum in quo acidum & urinosum concurrente, simul alias particulas mistum componentes in motum creat, nam à sale dependet mistionis vinculum, quamdiu enim salia sunt unita, & simul tenent alias particulas mistum componentes, corpora manent in suo naturali situ: Sin verò resolvantur, commoventur illæ particulae & hinc fit fermentatio. Sub hac fermentatione particularū vel motione insignis fit alteratio, quæ inde oritur, quia salia ista subito motu de novo se unire gestiunt, & dum ita se unire volunt, quædam particulas in unionis consortium rapiunt, alias verò non verè unibiles separant, quæ, si leves sint supernant, graves verò ad fundum secedunt & secum nominè veniunt.

Fermentatio quid?

Res fermentantes insignentem patiuntur alterationem.

F 2

Ratio



Alteratio mu-  
sti in vinum  
quâ ratione  
fiat.

Aeris in fer-  
mentatione,  
magna est ne-  
cessitas.

Acidum & al-  
kali in corpo-  
re excedens  
pari ratione ac  
extra corpus  
corrigi pos-  
sunt.

Acidum cor-  
rigitur.  
Correctio ce-  
revisæ acce-  
dit.

Alkalia acidu  
corrigitur  
profunt in  
dysenteria.

Ratio est unio salium, sub quâ unionē partes unibiles consociantur partes verò non miscibiles aut ratione ponderis, aut aliam ob sui dispositionem ex porulis corporis exclusæ, præcipitantur ad fundum, ex quâ unionē nova misti textura & insignis alteratio procedit. Sic in *musti fermentatione concurrunt acidum & alkali*, nova fit alteratio liquoris qui dicitur *vinum*, qui alteratur *fermentando*, quâ acidum exaltatur, urinosum verò suppressitur, nova vaque fit miscela, quæ dicitur *Acetum*, idque fit tamdiu, donec ex diuturna actione acidum & alkali suam perdunt naturam & tandem in aquosa liquamina redeant, seu, ens primum & ultimum *aquam*, nisi forsan accedente novò seminiò fermentatio inchoetur. *In his operationibus aeris summa est necessitas*, ad eò, ut *primaria fermentationis existat causa*

Certum est, quod *mustum in dolio conclusum non fermentet* propter defectum aeris, aut si fermentet, ipsum continens distringat. *Ratio est vis aeris elastica*, undè aqua, dum se miscuit salibus, virtutē suâ elasticam, se expandit, & salia magis magisque commovet, unde fermentatio acceleratur.

Illustrat hoc D. Boyle in tractatu de vi elastica aeris, quando coralliis affundit succum limonum, quem deinde posuit in recipiens ad aerem hauriendum, undè leves effervescentiæ factæ sunt, postmodum orta ingens effervescentia, quia aer, exhaustâ virtute elastica liquores exagitare & effervescentiam excitare potuit. Ex his videmus, quanta sit convenientia inter hanc artificialem cum ea, quæ fit in corpore humano.

Dixi, quod acidum & alkali seu urinosum se mutuo destruant, undè si præter naturam corpus afficiant, quoque in corpore destrui & eliminari poterunt. Sic ubi in corpore nostro peccat acidum, adhibeantur alkalia, ubi bono cum consilio usurpantur creta, oc. 69rorum, ebur ustum, farina laterum, &c. quia hæc ipsa absumunt acida & effervescentiam compescunt. Mulieres cerevisiarum medicatrices, quando cerevisia aciescit immittunt *cretam*, quæ non sine effervescentia *acidum absorbet & præcipitat*, undè dulcescit denuò cerevisia. Sic in *Dysenteria* ubi acidum exulcerat intestina, profunt corallia, crystalli præparati, cranium humanum præparatum seu calcinatum, quæ acida absorbent, & corrosionem impediunt. Hoc quoque facit *crocus Martis adstringens*.

Do-



Dolores stranguriæ sunt ab acido, quos compescunt quæ  
 69, ut qui edulcorare acida faciunt, quod maxime quoque præ-  
 stant cortices aurantiorum, & oleum destillatum ejus, quia sal  
 volatile ac oleosum, acidum temperat ac corrigit. In pleuri-  
 tide peccat acidum, quod coagulat sanguinem, unde inflamma-  
 tio, & effervescendo cum sale volatili febrem continuam exci-  
 tat. Hic & proderunt salia volatilisa, v. gr: sal volat:  
 C. C., sal volat: fuliginis, item mandibuli lucii piscis, quæ  
 acidum absorbendo affectum hunc sine venæsectione curant.  
*In malo hypochondriaco acidum omnium optimè absorbet ♂, & inde*  
*parata remedia, hinc vitriolicam vim acquirunt hæc remedia, & aci-*  
*da absorpta per alvum aut per urinam eliminant, unde videmus*  
 excrementa nigro tincta colorè. Ratio est, quod mars absorp-  
 serit acida, quæ præcipitantur à bile, & sub forma atramenti  
 rejiciuntur. In scorbuto peccat acidum rancidum, qui curatur  
 per volatilisa, ubi verò acidum hoc scorbuticum rancidum nimis  
 contumax est, salia volatilisa noxas inducunt, seu ardores vagos,  
 spasmaticas convulsiones, propter effervescentiam nimiam sa-  
 lium volatilium cum acido rancido. *Hoc verò ubi contingit,*  
*deserenda sunt salia volatilisa, & fixa adhibenda, nempe Martialia,*  
 69na, eburacea, & similia. *Febres intermittentes in quibus quo-*  
*que acidum, peccat, in specie in quartana spiritus, ammoniaci, item*  
*salia preparata vegetabilium, ut absynth, centaur: minor, cardui*  
*benedicti, aut corpora metallica calcinata, item. Specifica febrifuga*  
 v. gr. Strobelbergeri item Crolly, acidum destruant, & per uri-  
 nam eliminant. *In febribus ardentibus ubi sal volatile oleosum*  
 seu bilis peccat, ubi ab effervescentiæ ardore sitis delirique  
 proveniunt, subacida conducunt. v. gr: succus rhib: berbero-  
 gum, item acida mineralia v. gr: spiritus salis, spiritus nitri, vi-  
 trioli, clysius. Hæc acida enim bilem seu sal volatile corrigunt  
 & destruant, quò destructò, cessat effervescencia. Profunt quo-  
 que nitrosa, nitri per alkali depuratum, ut ejus acidum maneat sal-  
 vum. Non incommodè in usum trahi possunt vulneraria, quæ  
 acidum absorbent (vulneraria enim habent in se alkali temperatum)  
 sive in primis viis, sive in massa sanguinea reperiat, hinc etiam  
 Mercurium resuscitant, & ex hæc causa, quatenus nimirum tollunt  
 acidum, sistunt quoque effervescentiam. Unde vinum ratione aci-  
 di vulnerati prohibetur, ne effervescendo in parte læsa dolorem,  
 &

Delorum  
 stranguriæ  
 causa:

Salia volatilisa  
 oleosa acidum  
 corrigunt.

Causa pleuri-  
 titis.

Volatilisa in fe-  
 bribus conti-  
 nuis quoque  
 profunt.

Martialia opti-  
 ma sunt in  
 acidi excessu.

Causa excre-  
 mentorum ni-  
 grorum post  
 assumpta  
 martialia.

Causa scorbu-  
 ti.

In acido ni-  
 mis rancido  
 salia volatilisa

pura non con-  
 ducunt. Sed  
 præferuntur  
 fixa.

In febribus in-  
 termittentibus  
 acidum corri-  
 gentia optimè  
 conducunt.

Causa febrium  
 ardentium eo-  
 rumque sym-  
 ptomatum.

Curatio ejus.

Vulneraria  
 polent vi ab-  
 sorbendi aci-  
 dum ratione

a Kali eorum  
 temperati.

Alkalia resus-  
 citant Mercu-  
 rium.

Vinum cur-  
 nocet vulne-  
 ratis:

Doler vulne-  
 rum à causa  
 in terra unde?



Correctio vini  
ne noceat vul-  
neratis nec  
podagricis.  
Ammonicalia  
in acido cor-  
rigendo sunt  
optima.

;& hinc majorem vulneribus inducat noxam, ast cum oculis can-  
cri si exhibeatur saporem urinosum referens, prodest. Vinum  
abusu infert Podagram, arthritidem vagam, calculum, & alios af-  
fectus à vitioso acido ortos, quibus optime convenit spiritus salis  $\chi$ ci,  
quia destruit acidum, illudque modò per sudorem, modò per uri-  
nam evacuat. Notum est, quod vinum Rhenanum cum spiritu  
ammoniaci si misceatur, sapore suo privetur, undè ad omnes affectus  
ab acido propullulantes spiritus ammoniaci est optimum conferens,  
quia destruit acidum, illudque modò per sudores, modò per uri-  
nam eliminat.

Fermentatio  
in corpore na-  
turalis quo-  
modo fiat?

Quod attinet fermentationem in corpore humano natu-  
ralem, notum est, quod eadem ad mortem usque vigeat. In  
stomacho fermentatio naturaliter ita procedit. Acidum stomachi  
concurrit cum sale volatili alimentorum, quibuscum se maritat,  
& tandem ambo in falsum degenerant volatile, quod, si præter  
naturam instituat fermentationis hæc, & chylus adhuc non nihil a-  
cidum elabatur extra ventriculi limina (nam extra stomachum omne  
acidum corpori est inimicum) adest bilis, corrigens hunc vitiosum  
chylum, cumque mutans in sal volatile. Si ulterius processerit  
chylus adhuc acidus, ad intestinorum cameras acidum con-  
currens cum sale volatili bilis excitabit flatum (nam notum est,  
quod in fermentationibus artificialibus semper præsto sit gas  
sylvestre) in corpore nostro, si vitiosè succedit fermentatio, ut  
fit in hypochondriacis, quos ergo ut curemus in usum vocan-  
da sunt aromatica, acidum corrigentia & effervescentiam ejus  
mitigantia. Massam sanguineam in continuo esse fermentatio-  
nis motu, ejus præter naturam anomalias demonstrant exindè e-  
nati pulsus, undè, si præter naturam effervescat, febres inde oriun-  
tur. In specie effervescentia signum est in febribus ardentibus pul-  
sus magnus, frequens & celer. Contra verò in cachexia est pul-  
sus rarus & tardus, ex defectu effervescentia naturali, undè maxime

Flatus in inte-  
stinis unde?

Aromatica a-  
cidum corri-  
gunt.

Causa doloris  
lumborum in  
fœminis tem-  
porè men-  
struationis.

signa urinæ ex gradibus fermentationis dependent, ubi enim  
particulæ excrementitiæ minus utiles cum urina rejiciuntur, urina  
erit crassa. Sic in principio febrium acutarum urina est clara,  
tenuis, successivè turbida cum ipse salutis evadit. Sub menstrua-  
tionis temporè inordinatam sanguinis fermentationem decla-  
rant dolores circa lumbos, febris, aliaque tunc temporis fœmi-  
nas affligentia symptomata.

CAP.



De Præcipitatione,

**P**recipitatio est separatio corporis soluti. Ratio quapropter denuo separatur seu præcipitatur corpus solutum à solvente est duplex: Primo præcipitatio fit propter porulorum seu spaciolorum in menstruo solvente angustiam, ut particulae non amplius possint contineri in iisdem, Secundo præcipitatio fit propter gravitatem particularum solutarum, ut non amplius inliquore pendere aut revolutare queant. Utriusque modi sunt exempla sequentia, & quidem exemplum præcipitationis quæ fit propter angustiam pororum menstrui solventis fit sequens: Fiat solutio seu extractio vegetabilis cujusdam cum spiritu vini, hæc extractio præcipitatur cum aqua communi, quia affusa aqua se insinuat in poros spiritus vini, quibus angustatis, extruduntur particulae resinosae à spiritu vini solutæ & fertur ad fundum. Sic ex Benzoe cum spiritu vini tinctura fit non inelegans, quæ egregium est pectorale, Hæc tinctura seu essentia Benzoes si miscetur cum aqua communi aut Va rosarum, fit liquor lacteus, quatenus aquosæ particulae se promptè uniunt cum spiritu vini, ut ex ista impletione porulorum spiritus vini particulae contentæ præcipitentur ad fundum. Exemplum præcipitationis ratione ponderis fit sequens. Solvatur ☉ in aqua regni, addatur Venus, mox ad fundum præceps ibit aurum, propter pondus nimium. Huc facit præcipitatio lactis cum aceto destillato. Præterea præcipitatio est vel spontanea, vel violenta: Spontanea est, quando sua sponte secedunt particulae solutæ ex menstruo. Sic si solvantur perlæ, corallia, in succo citri, solutio est clara, postmodum fit recessio spontanea partium solutarum ad fundum. Violenta fit, quando solutioni additur tertium quid, Exemplum fit magisterium nephriticum, quod fit ex speciebus nephriticis, quæ solvuntur in sp: salis composito, quæ solutio accedente tertio, cum vitrioli spiritu violento modo præcipitatur ad fundum. Præcipitatio autem est vel totalis, vel Partialis. Totalis est, quando particulae separatæ totalitèr cum impetu præcipitantur ad fundum. Partialis, quando partes solutæ non separantur ad fundum, sed tantummodo aliquantisper ex poris menstrui extruduntur. Sic si urinæ inspergatur parum salis, tunc partes salinas urina extrudit partialiter tantum, item si solutioni radicis giappæ

Præcipitatio quid. Causa præcipitationis & quomodo fiat.

Tinctura Benzoes pectoralis.

Exempla præcipitationis ratione ponderis.

Præcipitatio quotuplex.

Magisterium nephriticum.



Tinctura gi-  
lappæ,

„ lappæ cum spiritu vini (quæ dat tincturam rubentem) affun-  
 „ datur aliquantulum  $\nabla$ æ simplicis, non autem magna quantitas,  
 „ tunc liquor seu tinctura rubra antea perspicua subito pallefcit &  
 „ albescit. Ut notior fiat & clarior doctrina præcipitationis, no-  
 „ tum est, quod lac per omnia *acida ac aufera præcipitetur*, quia hæc  
 „ omnia vim habent crassum lactis corpus coagulandi, unde angu-  
 „ stantur seri lactis pori & agglomerantur, unde perfectam lactis ac  
 „ calci faciunt separationem. Hinc omnia alkalia lacti permista  
 „ impediunt ejus congruescentiam, *daß man keine Butter ma-*  
 „ *chen kan*/ratio est, quia alkalia attenuant lacteum humorem erosi-  
 „ onè, unde pori dilatati non permittunt ut fiat sui coagulatio.  
 „ Sæpe fit, ut tincturæ & essentiæ quædam vegetabilium in lo-  
 „ co calido eleganter perspicuæ sint & coloratæ, ut primum ex-  
 „ ponuntur aeri frigido, fiant turbidæ. Ratio est, quia calor  
 „ attenuat poros menstrui, ut perfecte absorberet particulas soluti  
 „ corporis in se, in frigore subit adstrictio poros menstrui, quibus  
 „ adstrictis, particulæ solutæ aliquantisper extruduntur, unde hõc  
 „ modò fit præcipitatio particularum.

Alkalia impe-  
diunt coagu-  
lationem ab  
acido.

Causa cur tin-  
cturæ quædam  
vegetabilium  
in loco calido  
aliàs per-  
spicue, aeri  
expositæ frigi-  
do turbidæ  
fiant.

Omnes soluti-  
ones cum aci-  
dis factæ per  
alkalia præ-  
cipitantur.  
Cum ful-  
minans.

Lac sulphuris  
Magisteria  
quomodo  
fiunt.  
Magisterium  
absynthii.

omni, *Magisteria*  
*absynthii*

Causa cur al-  
kalia præci-  
pitent acida,  
& contra aci-  
da alkalia,

*Omnes solutiones factæ cum acidis, per alkalia præcipitantur, è contra solutiones institutæ per alkalia, præcipitantur ab acidis.*  
 Solvatur aurum in aqua regis quæ acida est, si instilletur oleum tartari per deliquium, exinde præcipitatur non sine strepitu in pulverem gryseum, qui dicitur *aurum fulminans*, hæc est solutio præcipitata per alkalia. Sic sulphur auratum antimonii solutum per alkalia, scilicet lixivium salis tartari, præcipitatur cum acidis, hinc pulvis lactescens subsidet, qui dicitur lac sulphuris. Et hæc ratione fiunt magisteria ex vegetabilibus. Sic fit *magisterium ab absynthy R.* absynthii q. v. coque in lixivio cum alkali imprægnato, colaturæ inspergatur alumen pulverisatum, & sic præcipitantur partes solutæ ad fundum. Ratio præcipitationis est, quia acidum Onis se conjungit cum alkali lixivii, unde necessario partes vegetabiles solutæ præcipitantur. Verum hic observandum, quod in hac præcipitatione ex One simul præcipitetur ejus terra fixa, quia *omne alumen ex sulphure acido & terra petrosa constat*, unde talia magisteria semper fiunt composita. Ratio autem cur alkalia præcipitent acida & contra, est, quia hæc salia mutuam sui exoptant unionem, unde factâ hac combinatione, necessario partes solutæ vel pondere dilabuntur, vel vi præcipitantur. Ex hoc fundamento fit

atra-



atramentum & omnes tincturæ artificiales v. gr. Si solutioni vitrioli claræ addatur parum gallarum, hæc mista dabunt liquorem atrum imperispicum, quia alkali volatile gallarum absorbit & se conjungit cum acido vitrioli, undè vitriolum ex se dimittit partes suas metalicas Veneris & Martis, hinc turbidus liquor. Si permisceatur spiritus vitrioli cum spiritu sanguinis humani, acidum vitrioli absorbit & precipitat particulas mineræ Veneris, quæ extrusæ dant colorem viridem. Porro solvatur Luna in aquaforti aut spiritu nitri rectificato (solutio est clara), huic immitte laminas Veneris, apparebit, quod cuprum aggrediatur nitrum, & dimittat ex se Lunam, lunaque ita instar pulveris albi præcipitatur, & aqua fortis interea solvit Venerem, venerisque se imprægnat particulis, quod, si huic aquæ forti solutionique Veneris immittas bacillum ferreum, Veneris solutum iterum instar Lunæ ad fundum præcipitatur, & aqua fortis interea solvit Martem. Quod si huic Martis solutioni iterum affundas Zinckum, vel aliud corpus metallicum, tunc mox aqua fortis arripit hoc corpus, & mars præcipitabitur ad fundum sub forma pulveris.

Cæterum præter hoc, quod *acida præcipitent alkalia & vice versa*, maximè *acida* quoque præcipitant, nempe *fortia acida præcipitant debilia*, v. gr. solvantur corallia in aceto destillato, solutio præcipitabitur per oleum sulphuris. Solvantur lapides cancerum in spiritu nitri, hæc solutio præcipitabitur per spiritum vitrioli, ratio hæc est, quia fortiora acida se insinuant in poros phlegmatis, & hoc replent, & adoriuntur particulas terreas corrolas, & purificant angustiores, undè necessario insequitur ratiõ. Hoc succedit ubi fortiora acida debilia præcipitant. Hæc ratione dictum est fieri magisteria, verum talia magisteria nihil aut parum valent, quia ita simplicium crases per solutionem acrioris menstrui omnino destruuntur. Nam earum virtus esse debet, ut in corpore absorbeant vitiosos humores in primis stabulantes viis, quos per urinam eliminant. Quod, si hæc subjecta jam sint saturata ab acidis extra corpus, nullam sanè vim obtinebunt vitiosos absorbendi humores & sapores: Hæc namque subjecta per se satis utilia omnino transmutantur in caecos insolubiles, quæ nihil faciunt, quàm ut in stomacho desides jaceant, & mala non levia apponent eodem. Si propinentur sæpius hæc magisteria, & post triduum exhibeatur vomitorium, excernetur pulvis albus

Fundamentum  
conficiendi a-  
tramentum in  
quò consistat,  
causæque co-  
loris atrii.  
Spiritus vitrio-  
li spiritui san-  
guinis humani  
mixtus sit vi-  
ridis.  
Causa ejus,  
Experimenta,  
præcipitatio-  
nis doctrinam  
explicantes.

Acida fortio-  
ra præcipitant  
debilia.

Causa.

Magisteria  
sunt nullius  
usus.

Causa.



Præparata  
præferenda  
sunt magiste-  
riis.

Causa cur ma-  
gisteria ponde-  
rosiora sint  
post edulco-  
rationem ipsò  
simplici ante  
corrosionem.  
Cujus usus  
sint magisteria

Magisteria fo-  
lubilia Zwelf-  
feri.

Causa secreti-  
onis fecum in  
fermentatione.

Tartarus aci-  
dus vinorum  
quomodo im-  
minuatur.

præcipitatio  
artificiali si-  
milis datur in  
corpore huma-  
no in febribus.

bus, qui est magisterium illud antea assumptum. Præparata  
sanè his præferenda hoc modò præparatis magisteriis, quia his  
semper particulæ acidæ menstrui corrosivi adhaerent, & centies  
licet eadem magisteria eliceres, eas tamèn non separabis, & proba-  
tur harum acidarum partium præsentia, quia *magisteria post edul-  
corationem semper reperiuntur pondrosiora ipsò nudò simplici ante  
corrosionem*, undè est, quod talia magisteria à nullo amplius men-  
struo solvantur, nulloque ignè calcinentur.

Quæritur, cui usui sint *Magisteria*. Respondetur, con-  
fortant, quæritur ulterius quid? ubi? cur? quomodo, quando  
confortant? Respondetur unò verbò, nullius sunt valoris nec mo-  
menti. Ex modernis Zwelferus introduxit *magisteria solubilia*,  
ita dicta, quod in quocumque liquorè solvantur. *Parat ea sine  
præcipitatione, per solius viridis aris affusionem ejusque abstractio-  
nem & edulcorationem*. Hæc magisteria præstant vulgaribus il-  
lis, quia sunt blanda planè acida, quibus destructa sunt solvenda,  
quamvis & hæc non parùm destructa. Hæc sunt præcipitatio-  
nes artificiales & mechanicæ, accedamus nunc ad naturales.

Videmus, quod *in fermentatione feces ad fundum secedant  
ex liquore fermentante*, id quod fit, quando salia concurrentia in-  
timius particulas terreas extrudunt, vel elabi sinunt ad fundum:  
Quod si fiat ut *impediatur fermentatio, vel propter prædominans a-  
cidum, aut corporis heterogeni admisionem, mox oboritur præcipita-  
tio*, undè cerevisiæ acidæ lactæ  $\bar{\tau}$ tantur per cretam, aliæque.  
*Cerevisia nova fermentans addito salè cessat ab omni fermentatione,*  
ita, ut mox potari possit. Vinum ex tartaro superfluo interdum  
acescit, quod præcipitatur à putaminibus ovorum, propter acidum  
ponderosum. Sic *vini fermentatio lesa corrigitur per additionem  
fixorum alkaliùm, v. gr. pumicis usti, aut per lixivium aliarum cal-  
cium, quoniam hæc alkalia recipiunt acidum in suis amplexum,*  
*& secedunt unà fundum versus.*

*Præcipitationem talem si non planè eandem, probabiliter æ-  
qualem reperimus in corpore humano, id quod in febribus intermit-  
tentibus apparet, ubi massa sanguinea inquinata est scoris heteroge-  
neis, eadem per modum præcipitationis foràs eliminans. Hoc vi-  
dentes, massæ sanguinæ auxilio esse medicamentis solemus præ-  
cipitantibus, quæ heterogenea ex massa sanguinea separata, vel per  
urinam, vel per sudorem, vel per alvum excludant.*

A talia



*A tali præcipitatione dependent signa coctionis urinae & pul-*  
*fus.* Nam urinae in incremento morbi claræ, in statu mulcum ha-  
 bebunt sedimentum, quoniam verò *effervescencia fit in massa san-*  
*guinea à bile,* in febribus ardentibus adhibenda sunt acida, è contra  
 ubi *effervescit massa sanguinea ab acido præternaturali,* uti in febr-  
 ibus intermittentibus contingit, *usurpanda sunt alkalia,* quæ acidum  
 ex massa sanguinea absorptum separent. Hæc sunt propriè præ-  
 cipitantia. *Impropriè præcipitantia* sunt, quæ vim habent acores  
 vitiosos invertendi, quia ab his  $\phi\lambda\omicron\gamma\omicron\sigma\epsilon\varsigma$  & variæ in partibus vari-  
 riis effervescentiæ oriuntur. Undè falso dicuntur præcipitan-  
 tia, potius absorbentia aut figentia dicenda, qualia sunt *Martialia*  
 omnia, quæ tantum *absorbent acidum in hypochondriaci & scor-*  
*buticæ,* non verò præcipitant. Sic creta in soda præcipitare di-  
 citur, cum tamèn figat acidum *vitiose effervescens in ventriculo.*  
 Sic dens aprim pleuritide dicitur præcipitare, cum tamèn corrigat  
 massam sanguineam, absorbendo ejus præternaturale acidum. Idem  
 esto iudicium de Antidysentericis aliorumque affectuum remediis.

Signorum co-  
 ctionis funda-  
 mentum in  
 quo consistat.  
 Præcipitatio-  
 nem promo-  
 ventia in fe-  
 bribus arden-  
 tibus.  
 Eam promo-  
 ventia in fe-  
 bribus inter-  
 mittentibus.

Martialia ab-  
 sorbent tan-  
 tum acidum,  
 non verò præ-  
 cipitant.

## CAP. V.

## De Calcinatione.

**C**alcinatio est corporis compacti in minutissimas sui partes corro-  
 sio & dissolutio. Omnis autem calcinatio fit vel igne ætue-  
 li, vel potenciali. Calcinatio  $\Delta$  è potenciali fit perumquè  
 per liquores acidos aut menstrua acida, & succedit duplici modò.

Primò aut ignè potenciali tantum suffumigantur calcinan-  
 dæ, aut eodem scilicet menstruo acido immerguntur. Exemplum  
 calcinationis  $\Delta$  e potenciali per suffumigationem exhibet præpa-  
 ratum illa maximè vulgo nota cerussæ. Porrò immersiva calca-  
 natio est vel in via humida, vel in via sicca.

Calcinatio immersiva in via humida fit, quando calcinandæ  
 res imittuntur in menstruum solvens seu calcinans v. gr. Si cu-  
 prum imittitur in spiritum nitri, aut saturnus in acetum, cal-  
 cinatio est immersiva. In via sicca contingit, quando  
 fit f. f. cum re calcinanda, & dicitur propriè *Cementatio,* locum-  
 que imprimis habet in metallis calcinandis, quæ in lamellas di-  
 cuntur, & cum salinis vicissim locantur (schichtweise gelegeet)  
 mistura hæc committitur igni, ut salia resoluta emittant suos spi-  
 ritus

Calcinatio  
 quid? & quo-  
 duplex.

Calcinatio im-  
 mersiva quid?

Cementatio  
 quid?



ritus acidus, qui rodunt additum metallum. Et hæc cementatio quoque in Oro aliisque metallis adhibetur.

## CAP. VI.

## De Coagulatione.

Coagulatio  
quid?

**A**ltera Operationis Chimica pars est Coagulatio, fitque, quando res liquidæ ad solidam substantiam per humidam privationem rediguntur, eque duplex, frigida nempe & calida: Res enim quædam in calido soluta, in frigido coagulantur, v. gr: salia essentialia in calido liquefcentia coagulantur in locis frigidis, nitrum in  $\nabla$  calida solutum in frigido coagulatur ac crystallifatur iterum: Quædam verò in frigido soluta, concrefcunt in calido, v. gr: salia cineritia ex lixivio ex cineribus plantarum parata, in frigido aquæ instar fluentia, in calido concrefcunt. *Fundamentum diverfitatis consistit in spirituum presentia vel absentia, Sic salia magnam spirituum copiam in destillatione de se promentia, in calido solvantur, & in frigido coagulantur, v. gr: nitrum, vitriolum, alumen, sal commune, &c: &c: sic è contra. Vide Libav. lib. 2, epist: 7, de coagulatione.*



LI



LIBRI. I.  
SECTIO III.  
DE  
SULPHUREIS CORPO-  
RIBUS.

CAP. I.

De Altero Principio Chemicorum, & in specie  
de Sulphure communi.

**A**lterum Paracelsistarum Principium hypostaticum Sulphur est. Hic non minores quàm de latino principio oriuntur disceptationes inter Chemicos, quæ non aliunde natae sunt, quàm ex Paracelsi Paracelsistarumque bonæ litteraturæ ignorantia. Aliàs in genere per sulphur sulphureaque concreta nihil aliud intelligitur quàm pinguedo facile inflammabilis, quæ cum in sulphure crudo præprimis inveniatur, ab hoc tanquàm à potiori facta est denominatio. Cum verò oleosa, tam naturalia, quàm artificialia imprimis sint pinguis & facile inflammabilia, factum est, ut oleum & sulphur hoc in passu coincident. Pinguedo talis sulphurea nusquam est solitaria, sed cum aliis particulis variis concreta, & quasi in unum coagulata est, undè non tam primum & hypostaticum erit rerum principium, quàm potius principiatum ex rerum virtute genitum. Particula autem ex quibus hoc sulphur concrevit sunt acidum, quod in omni sulphure & corporibus sulphureis apprehenditur, & à parte sulphurea contemperatur, ut ejus acor nimius subinde occultetur. Sic in sulphure communi acidum reperitur, uti & in antimonio, nam & hujus sulphur ex acido & pinguedinè est compositum. Succinum & bitumina (seu ad minerale referas regnum, seu ad vegetabile) suum habent acidum, quod in destillatione prodit instar spiritus acidi

Sulphur alterum principium est Paracelsistarum.

Quid quer sulphur sulphureaque in genere intelligatur.

In omni sulphure est acidum.

Succinum atque bituminosa acidum in se fovent.

Re-



*Resina pingues, pix, terebinthina, omnes cum pinguedine sulphure habent aciditatem, undè in picis & terebinthinæ destillatione prodit spiritus acidus, hunc sublequitur pinguedo sulphurea. Hinc sunt, qui volunt ex fuligine, quæ nihil aliud est quam sulphur vegetabile sublimatum, evocare fortiori  $\Delta$  è spiritum acidum, nec frustraneo conatu, operatio enim succedit. Undè ligna, quò pinguiora, eò copiosorem spiritum acidum suppeditant & oleum.*

Fuligo quid?

*Carbones constant sulphurè ex acido & oleo composito ut mineralia, undè per alkalia fixa sulphur carbonum extrahitur, quando alkali sulphur eorum attrahit & acidum imbibit, conveniunt enim in radice.*

Carbones ex quibus consistit, sulphuris carbonum extractio. Oleum commune fovet acidum.

*Mirra amara utut, destillata, acidum tamèn exhibet s. porrem. Oleum commune fortem habet acoem, undè maxime iterum in rubiginem corrodit, quin & Lunam & Venerem in lamellas diductam corrodit in rubiginem, ut taceam acidum penetrans ex oleo communi artificialiter elici posse. Hinc aciditas olei communis patet, si gutta j hujus olei in oculum incidat vehementiores excitat dolores quam ipse succus acidus citri. Nec oleum lini destituitur suo acidò. Olea autèm destillata (quæ nihil aliud sunt quam salia volatilia concentrata) suà quoque constant pinguedinè, & nova sunt producta, concreta per  $\Delta$  em, naturaliter quidem insunt subjectis, non autem formaliter. Hæc, utut in radice sunt salia volatilia, tamèn non destruuntur pinguedinè sulphurèa cum acido concentrata. Talis pinguedo concentratur quoque per salia volatilia in concreta nova. Hinc olei acidum concentratur à spiritu ammoniaci, quando hoc alkali volatile aggreditur illius acidum & coagulantur mutuo. Aromatum olea destillata, suo nec destituuntur acidò. Sic cinamomum si blando exactoque ignis regiminè destillatur, phlegma acidum primò prodit, & postmodum oleum sublequitur. Hujus destillationis artificium consistit ut dixi in prudenti  $\Delta$  is regiminè.*

Olea destillata sunt salia volatilia concentrata. Non insunt subjectis formaliter.

Aromata dant quoque phlegma acidum.

In omni pinguedine est acidum.

Sapo quid? Cur pingvia cum alkalibus misceantur.

In spiritu vini est acidum. Experimentum probans,

*Animalium pinguedines suam quoque habent acidum, si enim horum pinguedini conjungatur alkali fixum, producetur sapo. Notum est, quod pingvia & aquosa misceri non queant, si verò alkalia cum pinguedine jungas, abeunt in corpus crassum saponiforme. Cur, verò se conjungant olea vel pingvia cum alkalibus, ratio est, quia alkalia imbibunt acidum in pingvedine latitans, quæ ita conjuncta, vertuntur in saponem. Imò credo, quod in spiritu vinica-*

cidum



„ eidum subſiſt. Si enim recipiatur ſpiritus vini benè dephleg-  
 „ matus, iſque conjungatur cum ſpiritu ammoniaci, coagulatur in  
 corpus craſſum, ratio eſt, quia ſubtiliſſimum alkali cum acido vo-  
 „ latili ſpiritus vini concurrento cum eodem ſe uniat in tale con-  
 cretum craſſuſculum. Imprimis ſi verum eſt, quod ſpiritus inflam-  
 mabiles ſint olea fermentando volatiliſata, & quod olea deſtillati-  
 onè ſint fixata in alkalia. Verùm, hæc non ſunt extra omnem  
 dubitationis aleam, quin per experientiam confirmanda. Interim  
 „ hoc certum eſt, quod ſubjecta quæ nullam ſuſtinent fermentati-  
 „ onem dent copioſa fatiſ olea, ſi verò fermententur, exhibent  
 „ ſpiritum ardentem, paucum verò vel nullum oleum. Unde pro-  
 „ babile, olea ſubjectorum fermentationè volatiliſari in ſpiritum  
 ardentem. Confirmare hoc videtur Becherus, dum proſtitit, ſe  
 ſcire modum olea vertendi in ſpiritum ardentem, ut nihil dicam  
 de Chemicorum quorundam opinionè, quæ colores omnes de ſul-  
 phure deducere conantur, imò & tincturas corporum ratione ſul-  
 phuris effloſcere aſerunt, quod confirmare videtur, quod ſpiri-  
 tus vini tanquàm ſubjecti ſulphurei beneficio, eadem tincturæ  
 extrahantur.

An verò in metallis verum detur ſulphur? affirmare ne-  
 queo, adeò, ſi forſan extrahatur ſulphur inflammabile hoc ſit non  
 niſi diuturnas poſt præparationes ſubjectorum, ubi dubium eſt, an  
 non ſit novum productum artis, an verò in ipſo concreto ante  
 Δis examen ſubſtiterit. Certum eſt, quod *corpora metallica* ut  
 magis compacta *non prodant de ſe ſulphur niſi aliis medianibus.*  
 Cum ſa videamus, corpora quædam facile fieri inflammabilia pro-  
 pter copiam ſulphuris, & cum videamus in præparatione antihe-  
 ſtici Potery, agitationè materialium paulò nimia Zem concipere  
 flammam: Porro cum deprehendamus in Oro fulminantè eſſe  
 vim flammam concipiendi, cum nitro effervescendi, & in ſonitum  
 erumpendi, (quod proprium eſt ſulphuris ſolaris) hæc inquam  
 probare videntur eſſe perfectum ſulphur in corporibus metal-  
 licis.

An verò tincturæ metallorum ſint extractiones ſulphuris  
 veræ, an verò ſolutiones partium quarundam metallicarum, alio-  
 rum judicio relinquo. Ego poſterius affirmarem. Vidimus ge-  
 neraliter hætenus ſulphura tam vegetabilium, quam mineralium,

Subiecta quæ  
 nullam ſuſti-  
 nent fermenta-  
 tionem dant  
 copioſa olea.  
 Olea ſubjecto-  
 rum fermenta-  
 tionè volatili-  
 ſantur in ſpiri-  
 tus ardentem.

Corpora me-  
 tallica non niſi  
 aliis median-  
 tibus de ſe ſul-  
 phur produunt.

Experim: me-  
 tallis ſulphur  
 perfectum in  
 eſſe,  
 Tincturas me-  
 tallorum eſſe  
 veras extra-  
 ctiones ſul-  
 phuris veri  
 dubitatur.

H ut



ut & animalium, quæ sub unô sulphuris conceptu comprehenduntur. Jam in specie de sulphure minerali dicemus.

Sulphur commune particula constituentes.

Fumus sulphuris per campanam concentrari potest in spiritum. Modus parandi sulphur artificiale.

*Sulphur commune in duas dividitur substantias, quæ tertium dant concretum, quarum prima est pinguis, bituminosa, & inflammabilis. Secunda est acida salina, utraque exhibetur in  $\Delta$ is regimine. Nam in  $\Delta$ e ardet pinguis illa sulphuris portio, dum interea spiritus in forma vaporis acidus ferit nares, pectusque coarctat. Per campanam quoque concentrari potest in verum liquorem spirituosum, de quo inferius. Hanc sulphuris constitutionem ex oleosa & acidâ partê confirmat & analysis, & synthesis Chemicorum. Quod attinet Analysis, dixi de ejus inflammabilitate, quod ad synthesis, potest componi sulphur artificiale ex subjecto oleoso pingui, & subjecto acido: Nempe, si misceatur terebinthinæ oleum destillatum cum dimidiâ partê spiritus vitrioli: Hæc destillentur cautissimè, & acquiritur per destillationem in collo Retortæ sulphur perfectum inflammabile, quod oleositatem suam habet ex oleo terebinthinæ, aciditatem ex spiritu vitrioli. Analysis porro quod concernit, in præparatione spiritus sulphuris per campanam advertitur. Prima pars est substantia pinguis in igne ardens. Secunda substantia acida in spiritu acidum concentrata. Ratione originis sulphur aliud est nativum, aliud arte productum. Nativum sulphur, quoque datur (quamvis rarò) in fodinis quibusdam, & dicitur sulphur apyrum, quod in usu medico est optimum, quia integerrimum & simplicissimum est. Artificiale fit, quando ex pyrite sulphur excoquitur, vel ex terris sulphureis inspissando elicitur. Pertinet huc terra sulphurea Haubtmanni, de qua vide tractatum de thermis Wolchest: ubi refert de aqua limpida ex petra destillante, quæ terra in sulphur abierit. Subindè contingit, ut cum excoquitur vitriolum ex minera, tunc præximè verum sulphur effluit & emanat. Pro usu Medico sulphur eligendum purissimum. Depuratio autem sulphuris variò fit modò, imprimis autem cum lixivio calcis vivæ, in hoc sulphur probè ebulliens, ab omnibus sordibus probè depuratur. Cum urinâ humanâ & aceti inspissatione brevi depuratur. Nec inelegans depuratio instituitur cum cera, dum sulphur permiscetur anaticæ portioni ceræ, quæ in vase, ne flammam concipiant, funduntur, dumquæ adhuc fervent, infunduntur in aquam, ut purum ab impuro ibidem separetur. Huc pertinet sulphuris præparatio, de qua postea.*

De

Sulphur quod duplex? Quod sulphur optimum in usu Medico fit? Sulphur artificiale quomodo paratur?

Depuratio sulphuris per alkali.

Depuratio sulphuris cum cera.



Depuratio quæ fit cum calce viva manu nos ducit ad ortum thermarum. *Fiunt enim ex mineris sulphureis beneficio effervescentiæ, à quibus ardor iste thermarum excutatur. Virtus verò Medica à sulphure dependet. Hanc generationem thermarum eleganti declarat exemplo Roches, in scrutinio thermarum. Hic maximè effodiendo thermas pervenit ad originem earum, ubi deprehendit scaturiginem aquæ frigidæ saporis falsi, quæ permeando mineram sulphuris, eam excitat effervescentiam, ex qua postea calor & virtus thermarum. Therma artificiales fiunt ex aqua calcis vivæ & sulphuris. Recipiatur nempe sulphuris & calcis vivæ q. pl. his mistis affunde aquam communem, bulliant donec aqua rubescere incipiat, quod signum est soluti sulphuris, & hæc aqua commodissimè pro thermis naturalibus adhiberi potest, imprimis si vegetabilia nonnulla & nervina eadem aquæ incoquantur. Calorem ex effervescentia, virtutem verò ex sulphure dependere dixi: Hinc est, quod therma conducant in morbis chronicis, externis ulceribus, fistulis, affectibus partium nervosarum, paralysi, undè maximè in his casibus inserviunt thermæ artificiales, ut & in erysipelate exulcerato, in gangrana imminente. Elegans quoque est Cosmeticum, quod scabiem contumacissimam, herpetem, & alia optimè curat.*

*Sublimatio sulphuris nunc sequitur, quæ vel per se, vel cum aliis instituitur. Omnium optima est sublimatio florum sulphuris simplex. Solent nonnulli addere sal decrepitatum, O ustum, caput mortuum vitrioli, ne scilicet in aere fluat sulphur, indeque pauciores exsurgant flores. Notandum autem, quod colcothar vitrioli exactissimè sit calcinandum, alias flores sulphuris sunt corrosivi, tincti acidò corrosivò vitrioli, cumque deberent balsamum esse pulmonum, fiunt eorum venenum. Sunt, qui faciunt flores compositos cum Aloe, myrrha, benzoe, sed nihil valent, quia solum contritum sulphur æatur, reliqua verò solent comburi in fundo, & acquirere empyreuma. Alias componunt flores sulphuru sacharinos, sed pessimo itidem consilio, ab acri enim  $\Delta$  è sacharum comburitur, unde flores æati foëtorem spirant, sacharumque in fundo combustum relinquunt. Alii parant flores sulphuru coralliatos, miscent scilicet corallia cum sulphure trito, committunt  $\Delta$  i, & fit, ut acidum sulphuris corallia aggrediatur, & in sui sublimationem secum in sublime rapiat partes volatiles coral-*

Thermæ undè  
fiunt? & causa  
earum ardoris  
ac virtutis.

Thermæ arti-  
ficiales quo-  
modo parentur?

Usus therma-  
rum.

Sublimatio  
sulphuris quæ  
optima?

Flores sulphu-  
ris cum aloe  
myrrha, &  
benzoe nihil  
vaent.

Flores sulphu-  
ris sacharini  
nullius sunt  
usus.

Flores sulphu-  
ris coralliat



liorum, sicque fiunt flores sulphuris coralliatii in Medicina efficaces. Verum quoque est, in sublimatione sulphuris exhalare tantum acidi sulphuris, quantum sufficit pro solutione coralliorum, sed tamen nihil de coralliis in sublimato tollitur, quin frustranea hæc est florum sulphuris sublimatio.

Vins florum  
sulphuris.

Usum florum sulphuris quod attinet, notum est, quod sulphur optimum sit pectorale, ut à Chemicis dicitur balsamum pectorale seu pulmonum. Verum hoc intelligendum est de parte sulphuris pingui, acida enim pars sulphuris nocet pulmonibus. Verum est, quod balsamum pulmonum in parte sulphuris oleosa & pingui resideat, sed ab acida parte difficillimè separari potest. Propterea fiunt infusiones variæ sulphuris cum oleis variis, ut inde balsama sulphuris fiant. Sic fit balsamum sulphuris therebinthinatum. Nam certum est, quod pulmonum corruptelæ quæcunque sive in abscessus, seu exulcerationes degeneraverint, optime curentur per vim sulphuris balsamicam, quia & aliarum partium præcipuè renum affectus felicissimè curat sulphur, non secus, ac notum est, quod in ulceribus cacocholicis, in specie mammarum, optimum sit remedium, unde in catarrhis egregi quoque est effectus sulphur, corrigit enim lymphæ acorem ac acridinem, hinc in tussi aliisque pectoris morbis à lymphæ acida oriundis optime profunt flor: sulphuris, imprimis e myrrha & benzoe præparatis, cum præ sulphure non detur melius remedium quam benzoe. In colicis, ea ab acido orta sulphuris effectus quotidie laudatur, ad drachmā s̄ enim exhibitum, expertum est remedium.

Sulphuris vis  
balsamica in  
omnibus ulce-  
ribus magni  
est facienda, si  
separata sit  
pars ejus aci-  
da.

In mammarum  
ulcere & ca-  
tarthis sul-  
phur egregii  
est usus.

Ufus ulterior  
florum sul-  
phuris.

In ulceribus &  
vulneribus  
malignis inter-  
nè adhibetur.

In scabiè est  
expertum.  
Absurda est  
opinio de vir-  
tute sulphuris  
retropulsiva.

Unguentum  
contra scabiè  
ac lepram ex-  
pertum.

Remedia in-  
terna contra  
scabiem.

Quod attinet usum internum, sulphur optime mundificat & curat vulnera & ulcera tam maligna, quam benigna. Et ex hoc fonte pestis veneno insigniter adversatur, ab Hipp: jam dum commendatum. Unde flores sulphuris omnium antipestilentiatium possunt esse basis. Ulterius in morbis mulierum, in mensibus movendis, foetu & secudinis provocandis suam conferunt opem. In scabiè unicum est remedium. Nec timenda est retro-pulsio veneni scabiosi, sed feliciter adhibetur balsamum sulphureum, imprimis si acuetur alkali quoddam, in specie cum oleo tartari, & mistum unguentis applicetur, nunquam fallit, & licet malum scabiosum in lepram graviolemque degeneret affectum, si internè viperina aut antimonialia adhibeantur, externè sulphurata applicentur, nihil ominis effectum videbis optatissimum.

Præ-



Præparata sulphuris sunt solutiones. *Solvitur autem sulphur* Solutio sulphuris.  
 (1) *per alkalia fixa*, quoniam hæc ex sulphure in concrematione oriuntur (2) *per olea destillata*, quia sunt naturæ sulphuræ.  
 Ex solutione sulphuris per alembicum prodest *Lac sulphuris*, sin per lixivium calcis vivæ salis tartari per deliquium solvitur sulphur, fit solutio rufescens, quæ acetò tratur, & fit inde liquor lacteus, qui aquâ ablutus, in pulverem colligitur. Usus hujus decantatur in quamplurimis affectibus, cum tamē nihil valeat, est enim *magisterium hoc nihil aliud* quā *calx mers*. Nam destructâ sulphuris naturâ per conjunctionem salium cum sulphure, ipsiq; sulphurê partim cum alkali, partim cum acido unitò, fit *Ens novum fixum nullius ferè pretii*, & plus operatur *drachma* florum sulphuris quam *uncia lactis sulphuris*. Alii imbibunt lac sulphuris cum spiritu salis, ut inde fiat massa consistentiæ crassioris, hanc massam pultaceam destillant per retortam, & acquirunt *lac sulphuris*, quod prodest in *hydrope & peste*.

§2. Præter alkalia fixa solvitur sulphur in oleosis, & dicitur *Balsamum sulphuris*. Ordinariè fit cum oleo destillato anisi, pro pectorali. Alii cum oleo destillato *siccini* pro usu cephalico & hysterico parant: Alii compositos faciunt balsamos, addendo sulphuri *myrrham & benzoen*, atque cum oleis destillatis balsamum sibi comparant egregium. Aliàs sumunt quidam loco sulphuris communis *sulphur antimonii Oatum*, quod maxime ab oleis solvitur, & majorem quod credo sperant effectum. *Rhulandus* cum oleo lini suum fecit balsamum externum. Nonnulli his balsamis addunt *camphoram*, & habent penetrantiorē & in affectibus malignis *appropriatum balsamum*. Balsamum sulphuris si destillatur, prodest *mentruum*, manetq; in fundo coagulum, quod cum spiritu vini probe rectificato extrahi potest in *tincturam sulphuris* non inelegantem. *Ufus balsami sulphuris* est ad ulcera & corruptiones viscerum internorum, præcipuè pulmonum. Hoc in *phibisi* commodè adhibetur sed cum *cautione*. Hæc cautela autem observatur hoc modo (1) non solò aut crebrò utendum est hoc balsamò, sed addito *Peruvia-no & sachar. Saturni*, sic enim fieri possunt *rotula*, quæ in *tussi ali-que inveteratis affectibus* profunt. Si aliquoties balsamum sulphuris cum *dosi laudani opiat* nocturnò tempore adhibeatur, in *tussi inveterata & pertinaci aliisq; catarrhalibus affectibus* laudandum dabit effectum. In specie in *Dysenteria maligna* valde conducit.

Lac sulphuris.

Balsamum sulphuris compositum.  
 - sulphuris cephalicū.  
 - sulphuris compositum.

Balsamum sulphuris Rhulandi.  
 - sulphuris antipestilentiale.  
 Tinctura sulphuris ex balsamo.  
 Ufus Balsami sulphuris.  
 Rotule antiphthificæ.  
 Experimenta in Tussi inveterata.



cit. Ante quinquennium cum grassaretur dysenteria, optimè se curarunt & præservarunt patientes cum balsamo sulphuris. Ulcera namquè intestinorum balsamum sulphuris cum saccharo Saturni certò & citò curare dicitur. *Externè ad ulcera & vulnera in casibus Chirurgicis optimè adhibetur. Tumores, præcipuè carbunculos mundificat & maturat, ne degenerent in ulcera maligna. Mammarum ulcera, quæ aliàs periculosa sunt, nihil melius curat quàm balsam: sulphuris cum oleo momordica, quod sibi in tali casu non habet par remedium, Panaritium (dem Würm au Finger) affectum satis molestum curat bals: sulphuris, testè Rulando.* „ Cum balsamo Peruviano natura vulnera recentia citò curat, inveterata ab exulceratione præservat. Hæc de parte sulphuris pingvi dicta sunt.

Ulcibus in-  
testinorum.  
Uius balsami  
sulphuris in  
Chirurgia.

Balsamus vul-  
nerarius.

Spiritus sul-  
phuris per  
campanam.

Notanda in  
preparatione  
spiritus sul-  
phuris.

Auri generatio  
Vitrioli Mar-  
tis generatio.  
Sp: sulphuris  
convenit in  
virtute cum  
spiritu vitrioli  
Crystalli sul-  
phuris ex spi-  
ritu.  
Fumus spiritus  
præservat  
omnes succos  
à corruptione.

*Altera eius Pars dicitur Spiritus sulphuris, verùm hic spi-  
ritus vix separari potest sinè partè sulphuris pingui, nisi per flam-  
mam. Ut ergo fiat sp: acidus, singulari enchiresi hic opus est.  
Modus destillande est hic, R. sulphuris q. v. inflammetur, & su-  
per flammam interjectò spaciò applicetur vas amplum, quod di-  
citur campana, hæc omnes vapores ascendentes excipit, qui  
sensim concresecunt in guttas, decidentes tandem in subjectum vas,  
& abeunt in spiritum acidum sulphuris. Verùm parùm acquiri-  
tur, ¶ vix dat drachmam, reliquum omne abit in Gas incoerci-  
bile uti loquitur Helmontius. In destillatione hoc notandum (1)  
ut cum paucà aquà aliquantum humectetur, ut promptè uniat se pars  
acida in spiritum ut ut evadat phlegmaticus, potest enim rectificari,  
(2) ut destilletur diè nebuloso ac pluvioso, sic citius atquè copiosius  
colligitur. Spiritus hic sulphuris est acidum universale omnium mi-  
neralium, estque cognatus salì terræ centrali. Cum hoc & terra  
petrosa sit sol. Cum minera Martis & spiritu sulphuris fit vitrio-  
lum Martis, & ita hic spiritus certos accipit modificationes, pro  
varietatè subjectorum quibuscum conjungitur. Hic sp. sulphuris  
cum sp: vitrioli easdem habet virtutes, nisi quod spiritus sulphuris  
non habeat admixtus particulas metallicas. In destillatione ejus  
notandæ sunt cautelæ quas antea adduxi. Spiritus hic in frigido  
loco aquà dilutus dicitur crystallos saporis Osi, testè Billichio, quem  
penes fit fides. Notum est, quod fumus sulphuris vinum ab omni  
corruptione servet immune. Hoc advertentes Chymici, omnes  
succos crudos per fumum sulphuris à corruptione præservant. Ab  
hac*



hac Enchirefi procesfit ulterius *Helmontius*, & commendat potus sulphuratos ad tussim & alios pectoris affectus, sed modum pro more retinet. Hic tamen est modus R. lagenam potu semiplenam, postmodum tela sulphurea (schwefel faden) incenduntur, indunturque lagenæ ut ardeant, donec eorum fumus repleat omne vas, tunc protinus claudatur & agitetur, ut liquor cum Gas sulphureo forti agitatione uniat, unde postmodum Gas hoc disparet, & potus nil sulphurei sapit. Hic potus maximopere valet in affectibus malignis. Nam in peste nupera Londinensi, ubi unô die plus 900 succubuere, hoc medicamentum magnæ fuit utilitati. Post sulphur commune non datur in toto regno minerali magis sulphureum quam antimonium, unde ad ejus considerationem jam properabimus.

Potionum sulphuratarum usus & modus parandi.

## CAP. II.

## De Antimonio variisque ex hoc præparatis.

Est antimonium subjectum minerale natura metallicæ finitimum, compositum secundum corporum metallicorum synthefin ex copioso admodum sulphure eoque minerali: Hinc ex Saturno metallico copioso, denique ex substantia salina terrestri alkalina. Ex his tribus constituitur antimonium. Quod attinet alteram antimonii partem substantialem, n. sulphuream, est cognata sulphuri communi, ut ut magis digesta, magisque ex parte fixata, ob id ad naturam sulphuris  $\odot$ ati accedere dicitur à quibusdam, ex eo, quod usu Chemicorum compertum sit, quod  $\odot$  colore suo ac unctura orbatum, fusione per antimonium denuo suum antiquum splendorem recuperet, unde probant, quod antimonio insit sulphur natura  $\odot$ is. Sed ut ut hæc dicant, probatio tamē non omnibus sufficit. Potest enim fieri, ut auro deficiat color propter varia heterogenea, quæ ejus claritatem ad turbam occultant, postquam verò illud funditur cum antimonio, absorbet hæc heterogenea, & sic redit sublato impedimento  $\odot$ reus color. Quicquid sit, tamen certum est, quod sulphur antimonii nobilius sit atque elegantius sulphurè communi, & non parum ad sulphur  $\odot$ re accedat. Ex hoc n. virtus antimonii corroborativa, cephalica, epileptica, & variis venenis resistens. Sulphur hoc antimonii minerale probant omnes operationes atque præparations istæ, quæ ex antimonio conficiuntur. Hinc inflammabilitas cum odore sulphureo & Gas acido.

Antimonium ex quibus conficitur?

Sulphur antimonii accedit ad naturam sulphuris solaris.

$\odot$ rum per antimonium fufum exaltatur in splendore ac colore.

A sulphure  $\odot$ ri in antimonio virtus omnis dependet corroborans cephalica & epileptica.

Hinc



Hinc cum vitro & tartaro detonationes: Hinc tincturæ antimonii per alkalia extractæ (alkalia enim promptè attrahunt mineralium sulphura). Hinc ex Mercurio vitro & antimonio oritur butyrum antimonii, quod maximè spirat sulphureum quid: Hinc ex Mercurio vulgari cum sulphure antimonii elaboratur cinnabaris perfectissima, undè est, quod ex antimonio possit elici copiosiss: sulphur, sulphuri communi simili. nisi quod non adeò flavescat, sed nonnihil viridescat. Tale sulphur minerale duplici modò elicitur ex antimonio (1.) per distillationem, quando antimonium pulverisatum cum spiritu vitrioli ad tempus digeritur, & postmodum forti  $\Delta$  è distillatur, sic in fine distillationis  $\Delta$ abit se sulphur in collo retortæ. (2.) per solutionem, solvas  $\delta$  in aqua regis (quod ex spiritu nitri in quò sal commune resolutum constat), cui si affundas aquam communem, separabitur sulphur perfectum antimonii nonnihil viridescens. Ut taceam non secus quàm cum sulphure communi per olea destillata, aut olea expressa extrahi sulphur antimonii, & cum eò fieri balsamum sulphuris, quod melius est vulgari. Dixi, quod antimonio quoque insit Mercurius copiosus sed metallicus, quia participat de natura Saturni, & hic Mercurius est, qui à sulphure separatur in præparatione Reguli antimonii, inque Regulum se conglobat. Dixi quod sit naturæ Saturninæ, hinc est, quod Basilius Valentinus docet Regulum antimonii mutari in perfectum saturnum, hinc antimonium vocat naturæ Hormaphroditicæ, quod sit partim metallum, propter Saturninam portionem, partim mineralis naturæ propter sulphur aliaque salia superflua. Aliis propterea, quia sulphur participat de sulphure Ori, dicitur Sol leprosus, nondum ad perfectam solis adductus fixitatem. Aliis dicitur Lupus, quia instar lupi voracis omnia ferme metalla præter Orum devoret. Natura sulphur antimonii minerale abundans, in fusionis  $\Delta$  è omnia metalla absumit, seque cum iis saturat, cum in proprio corpore non saturaretur,  $\odot$  autem intactum relinquit, partim propter firmisissimam compositionem, partim propter amicam sulphuris antimonii & sulphuris solis conjunctionem. Voracius est sulphur antimonii ipsò Saturno, quia Saturnus absorbet reliqua metalla exceptò Solè & Lunâ, antimonium verò solum aurū in capella relinquit reliquis devoratis. Denique dicitur Protheus propter sui mutabilitatem variam. Omnes enim colores & sapes in esse antimonio affirmant Chymici omnes, id quod testantur flores antimonii, qui modò albi modò

Color rubescens  
cinnabaris  
unde?  
Sulphur ex  
antimonio  
communi si  
mile elicitur.

Balsamum sulphuris antimonii.  
Antimonio inest Mercurius copiosus metallicus naturæ Saturninæ.

Variæ sulphuris antimonii denominatio-  
nes.



modò rubri  $\triangle$ antur. Sic quoque sunt vitra varii coloris ex antimonio. Pro usu Medico eligendum est illud antimonii quod eruitur in aurifodinis. Tale enim est perfectissimum, habetque sulphur copiosius, magisq; est naturæ Oris. Unde *antimonium ungaricum optimum est, cum notum sit, quod ibi centur multa aurifodine. Nota bonitatis est, ut habeat strias albicantes inter quas dispersa sint puncta rubra, quæ in dicant copiam sulphuris, striæ v. albicantes Mercurium & Regulum.* Quod attinet usum antimonii crudum, interne adhibitum nullam habet efficaciam, nec vomendo, nec purgando. Sunt quidam neoterici, qui antimonium crudum ad gr: iij commendant ad Epilepsiam, imprimis, si aliis  $\triangle$ tant bus sit admixtum appropriatis. Alii decoquunt antimonium in decoctis sudoriferis pro cûra luis venereæ, quale decoctum in nodulo ligato habet Borellus & Zwelfferus. Brutis antimonium crudum aliquot vicibus cum pastu propinatur ad drachmâ s; cum fructu, quod jam suo tempore observavit Basilius Valentinus. Moderni in Ephemeridibus Gallicis experimentum fecere in equis & porcis, quos usu antimonii crudi pinguefecere. Accedamus nunc ad eorum operationes, inter quas primum locum obinet *Calcinatio.* Hæc fit l. per se, l. cum alus. Per se fit calcinatio, quando & pulverisatû calcinatur in scutella argillacea super carbones ignitos, ita, ut succesive sulphur copiosum exhalet, & antimonii in forma pulveris grysei remaneat. Quod in tali calcinatione exhalet sulphur, inde patet, quod reperiantur copiosi antimonii flores in collo camini. In hac calcinatione quædam notandæ sunt *Enchireses.* (1) ut & in aceto continue spatula ferrea agnetur ne fluat & fundatur, sic namque nunquam calcinabitur. Ubi autem antimonium in forma pulveris apparet per calcinationem, tunc novum illi superaddi potest antimonium, sine ullo fusionis metu. Præter hanc calcinationem superius memini *calcinationis per radios solares instituta,* & omnes consentiunt, quod gravius fiat ex hac per solem calcinatione quâ communi modò calcinatum. Antimonium quoque per solem calcinatum fit blandum vomitorium ac diaphoreticum, quod Bartholinus vocat Bezoardicum stupendarum virium. (2) In hac calcinatione antimonii (item in omnibus ejus præparationibus vitandus est fumus antimonii, quia corrosivus & lordibus arsenicalibus imprægnatus est, unde nocet valdopere laborantibus. Hoc ut evitetur, assumendum est ante

Antimonium ungaricum optimum est. Nota bonitatis antimonii.

Ufus antimonii crudi,

Experimentum porcos equosque usu antimonii pinguefecit. Calcinatio antimonii.

In calcinatione antimonii sulphur exhalet. Experimentum probans.

Fumus antimonii vitandus.



Pingvia corti-  
 gunt noxas  
 fumi antimo-  
 nialis.  
 Calcinatione an-  
 timonii per se  
 in Vitrum.  
 Notanda in  
 preparatione  
 Vitri an-  
 timonii.

preparationem butyrum cum pane, huius enim pinguedo temperat vim  
 corrosivam fumi antimonialis. Sic quoque radix Zedoaria in ipso  
 labore masticata, malignitatem antimonii solet coercere. Per se quo-  
 que calcinatur antimonium, ut fiat vitrum, si sc: antimonium  
 prius calcinatum in crucibulo fundatur, postmodum effundatur in  
 patellam, tunc concrefcit in vitrum hyacinthinum, hocq; ex antimo-  
 nio crudo conflatur. Hic autem observanda temporis tum quan-  
 titas, tum qualitas, quantitas, ut sufficienter fluat antimonium,  
 id cognoscet si intruso baculo ferreo non amplius fumet, tunc enim  
 sufficit fusio pro vitro antimonii: *Qualitas*, ut dies in hanc  
 rem eligatur serenus, sic enim vitrum pellucidum & elegantis e-  
 vadit coloris, id quod non tam in vitrificatione, sed maxime aliis  
 antimonii preparationibus probe observandum, nempe in prepa-  
 ratione reguli, in preparatione antimonii. Alias si antimonium calcinetur  
 cum additione alicujus, v. g. cum quadruplo borracis Venetae, facile  
 emergit antimonii vitrum colore flavo, si urgeas  $\Delta$  e, colo-  
 re albo, inde, si cum octuplo borracis calcinetur antimonium l. vi-  
 trum, aliud antimonii exurgit vitrum, smaragdinum nempe.  
 Vitrum hoc in substantia minus tuto usurpari potest, propter  
 vim vomendi minus vehementem, dum subinde g. iij. iij. suffici-  
 unt pro inducenda hypercatharsi lethali. Ob id in infuso melius  
 in usum vocatur, & quidem vix crudum, quin potius correctum.  
 Corrigitur autem vitrum antimonii imprimis per acida, si  
 enim vitrum antimonii pulverisatum saepius imbibatur acetò, aut  
 spiritu vitrioli l. nitri, exinde cicuratur, ut aut catharticum,  
 aut blandum vomitorium evadat. Idem fit si cum spiritu  
 salis misceatur. Nam si aliquot uncias affundas spiritum salis ad e-  
 minentiam digiti, prodit beneficio  $\Delta$  is liquor crassus, qui nisi a-  
 liud est quam butyrum antimonii, quod per fusionem in  $\Delta$  e dat pul-  
 verem, quod ad gr. iij. l. IV propinari potest. Optima est correctio,  
 quando vitrum antimonii pulverisatum acetò vini extrahitur in  
 menstruum rubrum, quò decantatò, remanet pulvis, cui affunditur  
 spiritus vini, digerantur aliquandiu, & spiritus vini deflagretur super  
 materiam, quæ in regulum l. vitrum  $\Delta$  is beneficio cogenda, sic  
 retinet vitrum antimonii vim blandam vomitoriam. *Vitra*  
*antimonii optima dant infusa vomitoria cum vino*, hæc enim sunt po-  
 tissima remedia in morbis Chronicis. Modi infusorum antimo-  
 nialium sunt varii. Notus est calix Rhulandi, qui fit ex ligno Ju-  
 nipe-

Vitrum anti-  
 monii in sub-  
 stantia male  
 usurpatur.  
 Infusum ejus  
 melius.  
 Correctio  
 vitri anti-  
 monii per aci-  
 da.

Calix purgans  
 Rhulandi.



niperino, cui implicatur pix, & huic pulvis vitri antimonii, huic si affundas *Vsa* spirituosa, (calida autem sint) vim vomendi ex antimonio attrahunt. Pertinet huc *annullus vomitorius* ex particulis reguli antimonii annullo inclusis, qui vino l. alio liquori immixtus, egregium dat infusum vomitorium. Rigorosa nimis Helmontii de usu antimonialum animadversio est, qui dicit, quod quàm diu antimonium vomitum creet, non sit boni viri remedium. Cui enim vomitoriorum, certis in casibus non perspecta necessitas, de multijuga ut taceam purgantium justò tempore adhibitorum utilitatè. Neminem item latet, quàm difficile sit antimonium eò deducere, ut per inferiora saltem purget, & ut ut quidam magnam adhibuerunt in hujus elaboratione operam, optato tamè  
 „ delraudati sunt effectu. Ratio est hæc, quia virtus purgandi  
 „ consistit in sulphurè antimonii non nimis volatili, quod dum  
 „ figimus, evadit diaphoreticum, & quò magis figitur, eò magis  
 „ per diaphoresin agit, quò minus, eò magis purgat. In his enim  
 „ medium invenire quia difficile, hinc rarus processus antimonii  
 „ per inferiora tantum purgantis. Cum aliis maxime calcinatur  
 „ antimonium, imprimis cum vitriolo & tartaro.

Sic si antimonium & nitrum ana in crucibulo detonentur, acquiritur massa ad rubedinem vergens, dicta *hepar antimonii*. In hac detonationè sulphur antimonii inflammatur, nitrum hoc cum sulphure antimonii figitur in alkali, & illud *alkali elicit* hoc sulphur antimonii, undè materiæ hujus rubedo. Hoc hepar antimonii si solvatur in aqua com: dilabi finit ad fundū pulverè obscure flavescentè qui dicitur *crocus metallorum*. Crocus dicitur rationè coloris, metallorum, quia ex antimonio (quod omnium quasi metallorum est mater) oritur. Hic crocus antimonii cum ana nitri factus, est *verus crocus metallorum Rhulandi*, ut ut alii dubitent, mitius operatur quàm vitrum antimonii, licet non destituatur suâ malignitatè. Citior & felicior est operatio, Si R. antimonii, nitri & tartari ana, sic *hepar antimonii* acquiritur optimum, propter tartarum, qui figit vim antimonii cathartica. Quidam loco tartari l. nitri sumunt absynthium, ut Mynsichtus, sed frustra, *Bariboletus Tr: de respiratione*, mentionem facit crudi antimonii sublimationè facti, quod moschi odorem referat, quod cum spiritu vini radicalitè solutum ad scrup. j propinatum egregium fit purgans per inferiora, sine ullius vomitionis metu. Nemo offendatur,

Annulus vomitorius.

Antimonium per inferiora saltem purgans, rara avis.

Antimonium fixatum evadit in diaphoreticum.

Hepar antimonii, ejusque rubedinis causa.

Crocus metallorum.

Crocus metallorum verus Rhulandi.

Heparis antimonii melior preparatio.

Crocus metallorum moschi odorem referens.

Tinctura antimonii moschi odorem referens purgans per inferiora saltem.



Flores antimonii Trinellii odore moschum æquantur.

Correctio croci metallorum.

Dosis antimonialium infusorum non in antimonio sed in liquore consistit.

Sipo Vomitoria, Tilemanni. Ophthalmicum ex croco metallorum. Antimonii regulus quid?

Saturnus ex regulo antimonii parari potest.

Alkalia intimè cum sulphuribus metallorum coeunt.

Reguli antimonii præparatio.

Causa fragoris in detonatione ac præparatione reguli antimonii.

quod Betholetus dixit hunc crocum molchi referre odorem, Nam Trinellius in suo Enchiridio Chimico fecit flores antimonii similis odoris. Hinc *crocus metallorum si in infuso propinatur, vomitum ciet*, mitius tamen quam vitrum. Ut tamè corrigatur optimus est modus Pocaleti, qui recipit crocum huic affundit spiritum vini, digerit aliquandiu, & tandem deflagrat spiritum vini: hæc sanè *correctio est optima*, nam in ea partes volatiliores croci insensibiliter disperguntur & cum spiritu vini avolant, remanentibus fixioribus.

*Vitrum & crocus antimonii sunt basis infusi vomitorii s. cum oxymellite s. cum aliis instituitur.* Hic tamè observandum, quod dicit Wallæus, *in præscribendo infusis antimonialibus non attendendam esse subjecti solvendi dosin, sed solventis s. liquoris, vis n. antimonii est inexhausta.* Pertinet huc *sapo vomitaria Tilemanni & Sylvii*: R. succum cydoniorum l. mustum recens, infundunt hõc regulo antimonii, post filtrationem in spissant ad consistentiã mellis, de quo ad grana aliquot cum successu exhibent. Alias *infusa destillata in oculorum affectibus sunt optima remedia*, v. g. *regul9 aut crocus antimonii in aqua cyani, cichorii, euphras.* dant ophthalmicum optimum. Alii præferunt caput mortuum butyri antimonii pulverisatum, quod infundunt aquã ophthalmicã, & adhibent feliciter. Quod attinet *regulum antimonii, miraculosissimum subiectum à Basilio Valentino dictus est.* Ille nihil aliud est quã nobilior pars antimonii metallicæ cognata, s. est *Mercurius antimonii concentratus & collectus, ita tamen, ut adhuc sufficientè suo gaudeat sulphurè,* & cum iste Mercurius antimonii sit naturæ Saturninæ, propterea regulus antimonii erit quasi imperfectum plumbum, Nam Basilius Valentinus cum sale Saturni (uti aibi dictum) parat ex regulo antimonii perfectum Saturnum. *Fundamentum præparationis reguli consistit in hoc, ut sequestretur superfluum sulphur antimonii per addita Alkalia, ut hõc separato, pars metallica Mercurialis possit congregari in unum concretum, nempe regulum.* Hoc ceu dictum sit per *alkalia*, quæ intimè cum sulphuribus metallorum se conjungunt (conveniunt namque in radicè cum sulphuribus) undè hæc saturata antimonii sulphurè, alkali arripit sulphur antimonii & Mercurium ad fundum dimittit, & tunc lixivium illud trari potest cum aceto in sulphur antimonii. *Regulus antimonii fit hõc modò.* R. antimonii; nitri, tartariana, detonentur simul in crucibulo, & in fundo fulorii se sistet regulus. *Detonatio*

tio



*tio hæc est eadem actio ac est vis sclopetans pulveris pyrii.*

- Nam ut in pulvere pyrio est nitrum, sulphur, & alkali carbonum, quæ conjuncta, incensa, fragorem excitant, ita hic habetur
- „ sulphur antimonii, nitrum, & alkali in sale tartari, quæ tria exhibent istam detonationem. Sub istâ autem detonatione ingredientium reguli nitrum & tartarus comburuntur in *alkalia*, quæ prout sunt acris, corrodunt sulphur antimonii, quò absorptio regulus præfens in fundo fuso in se sistit, Scoria quæ in supremâ partè reperiuntur, sunt nihil aliud, quàm *alkalia sulphurè antimonii imcta & saturata.*

Scoria reguli antimonii supernatantes quid? Alia reguli præparatio.

*Compendiosius quidam parant regulum, mox sumendo vel solum sal tartari, vel sal alkali, miscunt cum antimonio, quæ in calcinatione rodunt antimonium per separationem sulphuris antimonii. Verùm hæc salia sunt nimis caustica & corrosiva, & nimis imbibunt de sulphure antimonii, ut in præparatione reguli non tantum omne absumant sulphur antimonii, sed ipsum quoque regulum suò spoliunt sulphurè, undè, ne hoc fiat, sunt qui addunt pulverem carbonum, ne alia (nitrum scilicet & tartarus) nimis promptè arripiant sulphur, & ita major acquiritur & efficacior reguli copia, v. gr. R. antimonii ℞ ii, nitri, tartari ana ℞ j ℞, pulveris carbonum ℞ iii ℞, ex his more consuetò præparatur regulus ponderosior & copiosior eò dictam rationem, ut hic regulus sit feculentior & impurior reliquò communi modò præparato.*

Modus acquirendi regulum in copia majori.

Dixi quod *alkalia rodant sulphur carbonum.* Hâc ratione notum sit, acquiri posse sulphur carbonum inflammabile v. g. R. carbones frustratim concisi, fundantur cum sale tartari, postmodum dissolvantur in  $\nabla m$ , undè hoc alkali imbibit sulphur carbonum, quod beneficio aceti destillati  $\nabla$  tatur ad fundum. Hoc sulphur carbonum interdum acquiritur inflammabile, interdum minus inflammabile. Ratio est quando sulphur carbonum cum aceto nimis acri  $\nabla$  tatur, privatur inflammabilitate, quia nimis fixatur ejus volatilitas, si verò acetum minus acre adhibeatur, retinet inflammabilitatem suam. De regulo beneficio carbonum vide Zwelferum. Modus est hic R. antimonii pulverisati q. v. infunde in crucibulum cum justa pulveris carbonum quantitate, fundantur unâ, sic fiet, ut alkali carbonum rodât antimonium, suoque spoliet imbibendo sulphure, quò absorptò exoritur regulus in fundo, cujus scoriae mistæ denuò cum pulvere carbonum exhibent regulum,

Modus acquirendi sulphur carbonum inflammabile.

Causa cur sulphur carbonum interdum acquiritur inflammabile, interdum non.

Modus acquirendi.



Alius modus  
regulæ anti-  
monii præpa-  
randi.

Causa cur in-  
terdum parum  
regulæ antimo-  
nii acquirat-  
ur.

Enchiretes in  
præparatione  
regulorum ob-  
servandæ.

Regulus anti-  
monii Mar-  
tialis.

Reguli anti-  
monii Marti-  
alis depuratio  
Regulus anti-  
monii  $\Psi$  vialis  
Regulus anti-  
monii Solaris.

sed quia istud alkali carbonum saturatum est quodammodo sulphure proprio, ideo non adeo promptè nec copiose absorbet sulphur antimonii, undè copiosius quidem regulus, sed impurior & minus defecatus acquiritur. *Alii præparant regulum antimonii cum pice vel colophonia.* R. scilicet coloph: & antimonii ana vel uti alii volunt antimonii p. iij. coloph. p. ij, fundantur in crucibulo, sic copiose satis acquiritur regulus. Ratio est hæc, quia in communibus reguli antimonii præparationibus pars sulphuris antimonii volatilior partem Mercurii antimonii simul absorbit, & sic paucus acquiritur regulus. In hæc verò pinguedo colophonii imbibit cognatum sibi sulphur antimonii, undè fit, ut pars metallica antimonii in regulum secedat. Aliàs enim solum antimonium probe calcinatum & à sulphure separatum sine additione aliorum vi  $\Delta$  is abicit in regulum, sed uti dixi, antimonium debet esse probe calcinatum. Et hi sunt simplices reguli.

Imprimis notissimi sunt reguli antimonii Martis,  $\Psi$  vis,  $\Theta$  is, In cujuscunque præparatione quædam enchiretes probe sunt notandæ, nempe antimonium & Mars non possunt bene simul fundi, nam antimonium facillimè, Mars verò difficulter in  $\Delta$  è funditur, quin potius diu satis candescit quàm funditur. Ut autem regulus fiat legitimus, prius immittatur  $\Delta$  i Martis limatura vel aliud corpus Martis, hoc ad  $\text{ssj}$  vel Uncias viij probe candesciat ad summum usque gradum, huic tandem permisceatur antimonii pulverisatum ad unc: XVI vel XVIII aliis tamen XII. Hæc duo funduntur simul, ut abeant in unam massam  $\Delta$  è aucto. Ratio hujus conjunctionis est, quia sulphur Martis cognatum est in radice cum sulphure antimonii, undè se uniunt, huic deinde massæ fluenti immittatur nitrum pulverisatum calefactum, (quod notandum) ad unc: IV vel 5 per vices injiciendum denuò, quando strepitus cessaverint, ita erumpentè flamma funditur massa in regulum. Citò autem hæc massa fundenda in conum tuforium, aliàs scorix in densam abeunt crustam, quæ fusionem impedit: Hic regulus non est probe purgatus, undè semel vel bis cum dicti nitri quantitate est fundendus, ut iterum fiat politus & elegans.

*Pro regulo antimonii  $\Psi$  viali R. regulum antimonii, additur  $\Psi$  is q. v. & fundatur in massam ferè argenteam.*

*Pro regulo antimonii  $\Theta$  is funde  $\Theta$  rum cum sextuplo antimonii, sic regulus in fundo residet.*

Scò.



Scoria quæ in reguli præparatione in superficie conii fufori reperiuntur, nihil aliud sunt quam alkalia, quæ abförperunt sulphur antimonii. Jam ut ex his scoris feperetur sulphur antimonii, neceffe est, ut folutis scoris in aqua, affundantur acida, in fpecie acetum. Hoc tamen notandum, quod prima fcoriarum folutio cum aceto præparata det sulphur obfcuro coloris, quod purgat per feces, & non fit inflammabile propter acida adjuncta. Altera fequentes præparaciones exhibent sulphur magis fixum, & fi fpiritus vini deflagretur optimum diaphoreticum, vocatur sulphur antimonii præparatum. Huic fcoriarum folutioni fi affundas fpiritus vitrioli, horrendum exortabis foetorem, & sulphur acquirit magis diaphoreticum, cum notum fit, quod acida corrigant vim antimonialium catharticam.

Solutio fcoriarum reguli aliàs lixivium dictum, insigniter prodeft in menfium obftructione, fi fufitus forma in genitalia excipiatur. Hinc idem lixivium est egregium in lotionibus ulcerum cacochoricorum, quæ purificat & fordes abftergit, unde commendatum fibi habeant Chirurghi, nam in parte ubi gangrena incipit affigere, mirè prodeft, fi pars totaliter affecta immittitur femel vel bis tali lixivio, tunc extrahi dicunt materiam crassam, quæ extractâ partem pristinam fanitatem recuperare. In scabie ab acido quoque prodeft. Sed notandum, ne quid addatur acidi, aliàs cuti imprimet maculas flavas fatis diuturnas. Sic quoque commendatur in clysteribus profecibus alvi enolens, nec est infrequentis usus.

Antimoni diaphoretici eadem est præparatio, quæ croci metallorum, funditur autem antimonium cum nitro & figitur in medicamentum diaphoreticum. Differentia tamen est in eò, quod in præparatione croci metallorum fumatur anatica portio, in antimonii verò diaphoretici tripla nitri, & una pars antimonii, sic enim fit, ut figatur antimonium, unde amittit vim catharticam & fit diaphoreticum. Massa fusa (processum vulgarem præsuppono) solvitur in  $\nabla$ , in quâ antimonium in forma pulveris fundum petit, nitrum verò aquæ permiscetur. Hoc antimonium diaphoreticum si fteret diu, & ultra (ut dicunt) dimidium anni, attrahit ex aere sulphur volatile, & fit emeticum. Hoc autem ne fiat, quædam obseruandæ sunt enchirefes. (1.) paratur antimonium diaphoreticum non tam ex crudo quam ex regulo antimonii, sic enim nunquam erit quod timeas vomitus, sic quæ minus alterabi-

Scoriae in reguli præparatione fupremum occupantes locum quid?

Separatio sulphuris antimonii ex scoriis.

Sulphur antimonii purgans per inferiora ex scoriis re-

guli antimonii folaris.

Sulphur antimonii auratum diaphoreticum

Modus produ- cendi, Flatus artificiales quoad odorem.

Acida corrigunt vim antimonialium catharticam.

Usus lixivii fcoriarum re- guli antimonii

Antimonium diaphoreticum.

Antimonium per nitrum figitur & fixatum fit diaphoreticum, Antimonium diaphoreticum si fteret diu fit emeticum. Modus præcavendi illud.



3, rabitur ab aerè. (2.) Post paratum antimoniū diaphoreticum  
 3, probè eluendum est  $\nabla$  à calidâ, ut omne nitrum separetur, post-  
 3, modum affundas spiritum vini, quò cum digeras, & tandem su-  
 3, per antimonium diaphoreticum deflagres, sic optimum habebis  
 medicamentum.

Cerussa anti-  
 monialis quid.  
 Ufus & virg.

*Antimonium diaphoreticum ex regulo antimoni paratum aliò  
 nomine dicitur Cerussa antimonialis, quæ præter vim diaphoreti-  
 cam salivationem movere dicitur, quæ salivatio Mercurum as-  
 sumtum aliàs sublequi solet.*

Præparatio  
 antimoni dia-  
 phoretici in re-  
 tortâ tubulata,  
 in qua præpa-  
 ratione spiritus  
 nitri sulphure  
 antimoni im-  
 prægnatus si-  
 mul acquiritur.

Nitri antimo-  
 niatum.

Ufus antimo-  
 nii diaphore-  
 tici & Dosis.

Ufus nitri an-  
 timoniati.

Magisterium  
 antimoni. U-  
 fus ejus.  
 Antihæticum]  
 Poterii.

Calcinatur itaqvè antimonium cum nitri triplo, tunc ni-  
 trum in  $\Delta$  deflagrando dimittit suum spiritum, undè quidam præ-  
 parant antimonium diaphoreticum in retortâ tubulata, in quam in-  
 gredientia cochleatim immittuntur: Sic enim candefactâ retortâ  
 calcinatur & figuratur antimonium in diaphoreticum medicamen-  
 tum, & nitrus spiritus capitur in receptaculo apposito, cum quò transiit  
 simul aliquid de sulphure antimoni, ut sit spiritus clystiformis. Massa  
 exerta solvitur in aquâ, eluitur ut supra, & servatur.

*Nitrum ex  $\nabla$  solutionis extractum dat nitrum antimoniatum  
 duplex: Nam maxima pars abit in crystallos, in fundo autem re-  
 manet crassior materia; quæ est alkali, in medico foro parum, in al-  
 chymico verò plus utilitatis ferens.*

*Ufus antimoni diaphoretici est insignis. Dosis à gr: XX ad  
 drachmam  $\beta$ . Hinc in malignis morbis, petechiis, item in febribus  
 intermittentibus plus confert quàm specificum febrifugum strobil-  
 bergeri aut Riverii, imprimis cum ammoniaco si propinetur, cum  
 acidum destruat. Felicitèr quoqvè in pleuritide, erysipelate, &  
 morbis à grumoso sanguine ortis, item in soda, ructibus què com-  
 modè adhibetur. Porrò in scabie, ut & in lue Venerea antimoni-  
 um diaphoreticum non est contemnendum remedium, nitrum ve-  
 rò antimoniatum, de quo antea, in febribus ardentibus tam benignis,  
 quàm malignis in mensura cerevisiæ aut alius potus ad drachmâ j  
 vel drachm: ij, per se verò ad scrup: j non sine fructu adhibetur.*

*Unum adhuc moneo, quod si lixivio, in quò soluta massa an-  
 timoni diaphoretici inspergatur acetum, & tabitur pulvis, qui dicitur  
 magisterium antimoni, cujus dimidia dosis plus valet, quàm inte-  
 gra antimoni diaphoretici.*

*Ex regulo antimoni simpliciter cum aliis metallis variæ  
 exsurgunt compositiones, v. gr: regulus cum  $\mathcal{A}$ ve dat antihæsti-  
 cum*



*cum Poterii.* Proceditur legitime hoc modo, nam descriptio Poterii non procedit R. 2<sup>vis</sup> partes V. reguli part: IV. fundantur in crucibulo, postea detonentur cum triplo nitri per integram horam ut omne sulphur inflammabile separetur, fiatque album. Communiter caerulefcit, sed male, hic enim color caeruleus oritur à sulphure 2<sup>vis</sup> nondum fixatò, quod tamen levi enchiresi in  $\Delta$  se-  
 ,, parandum. Prodest in hectica, affectibus uteri, purpurâ, febri-  
 ,, bus ardentibus & malignis. Antihecticum interdum fit ex  
 Marte v. gr: R. limaturam Martis & regulum antimonii natu-  
 raticam portionem, miscantur, hæc cum triplo nitri fundatur cal-  
 cinenturque per integram horam, tandem hæc solvuntur in  $\nabla$   
 communi, & pulvis antihecticus fundum petit. *Valer in lictera*  
*cachexia virginum & scabie.* Cremor ex hoc medicamento mi-  
 scetur cum natura Mercurius  $\Delta$ ti, & fit liqvor instar butyri anti-  
 ,, monii. Caput mortuum hujus solvitur in  $\Delta$ â communi, sitq;  
 ,, viridis & acidula, potestque loco acidularum artificialium sub-  
 stitui, constat enim ex  $\ddagger$  & sulphure à spiritu salis corrosis, unde  
 viridis color à Marte, aciditas à spiritu salis, & optima sunt medi-  
 camenta.

Ufus anti-  
 hectici Poterii.  
 Antihecticum  
 Martiale.

Ufus ejus.

Acidulas arti-  
 ficiales paran-  
 di modus.

Flores antimo-  
 nii.

Sequitur *Sublimatio antimonii*, Sublimatur antimonium  
 tum per se, tum cum sale antimoniacò, seu in cucurbita cum multis  
 alembicis sibi invicem applicatis, sive in cucurbita tubulata. Omne  
 ,, artificium consistit in legitimo  $\Delta$ is regimine, quod si debilius  
 ,, fuerit, non  $\Delta$ mantur flores, si intensior, funditur massa, quæ ni-  
 hil dat florum, unde præstat per cucurbitam tubulatam, aut cum  
 triplo arenæ miscere antimonium pulverisatum, sic enim  $\Delta$ bitur,  
 in summo flores albi, qui admodum maligni, in medio flavi, in infima  
 ,, alembici parte rubri, quæ sunt salubriores, quia fixiores. Hi  
 ,, flores cum sint partes volatiles antimonii, non sine noxa aslu-  
 ,, muntur, in specie flores albi propterea corrigendi sunt per aci-  
 da, uti alias corriguntur omnia salia volatilia.

Flores antimo-  
 nii quid?  
 Ni salium vo-  
 latilitas corri-  
 guntur per a-  
 cida.

Constant flores antimonii ex parte sulphurea, quæ secum  
 abstulit partem Mercurialem, parte salinâ alkalicâ in fundo relicta,  
 ,, unde cum sale tartari vel aliò alkali fixò in pristinum antimonii  
 ,, corpus reduci possunt. Isti flores qui sublimantur per antimo-  
 ,, niacum, si cum singulari instituantur instrumento  $\Delta$ tio, fit, ut  
 ,, simul cum albis & flavis maximè rubri acquirantur, qui sunt op-  
 timi in cachexia aliisque affectibus *Dicuntur hi flores antimonii ru-*

Flores antimo-  
 nii in pristi-  
 num antimo-  
 nii corpus re-  
 duci possunt.  
 Flores antimo-  
 nii rubri Ufus  
 corum.

K

Ufus  
 corum.



Tinctura anti-  
monii sicca.  
Flores anti-  
monii Cheiri  
quid?  
Tinctura Lili-  
um antimonii  
dicta.

Destillata an-  
timonialia.  
Acetum anti-  
monii seu spi-  
ritus antimo-  
nii.

Modus alius  
parandi ace-  
tum, seu spi-  
ritum antimo-  
nii.  
Clyffus antimo-  
nii.

Ufus aceti an-  
timonii.  
Acetum anti-  
monii pro  
menstruo uni-  
versali falso  
adhibetur.  
Optimum  
menstruum  
pro tinctura  
antimonii.

*bri tinctura antimonii sicca, qua feliciter usus fuit D. Hauland, Apud Paracellum ejusque sectatores mentio fit florum antimonii Cheiri, à colore ita appellatorum, qui nihil aliud sunt quam flores ex antimonii regulo sapis sublimati, atque ita fixati, ut in flavos & rubros abeant flores. De quibus vide Basilium valentinum. Ex hisce floribus rubris cum antimonijaco ætatis fit quoque tinctura illa antimonii Lilium antimonii dicta. De Cujus virtutibus vide Paracellum & Hartmann:*

Ordinè nunc proponemus destillata antimonialia. *Destillatur autem antimonium vel per se, vel cum aliis, ipsi loco vehiculi interservientibus. Per se destillatur minera antimonii nondum aërem experta ex Retorta in liquorem seu spiritum acidum, paucum, & vix considerationè dignum, utut in medicina peritum. Vocatur aliis hic spiritus  $\dagger$  tum antimonii, est q. nihil aliud, quam spiritus sulphuris antimonii mineralis. Dixi, quod ex minera antimonii nondum aërem experta destilletur hoc acetum antimonii. In calcinationè maximè hic perit spiritus acidus. Semel destillatus hic spiritus novè iterum minere affundendus est, digerendus aliquamdiu & denuò destillandus, Sic copiosior & acidior acquiritur spiritus, hocque repetendum quamdiu placuerit. Alii sine forti aëre parant spiritum hunc, dum mineram antimonii confectam extinguunt in aqua, idque aliquoties repetunt, donec tandem exindè fiat aqua acidula, quæ dephlegmata spiritus antimonii exhibet parum.*

*Pertinet huc Clyffus antimonii, dum nimirum ex antimonii minera, Sulphurè & nitro paratur spiritus acidus clyffus antimonii dictus nam ex minera antimonii cum vehi salino acetum copiosius elicitur.*

*Ufus aceti antimonii est satis amplus. Commendatur in febribus malignis ad æstum febrilem compescendum, item ad lumbricos enecandos, sed tamen loco menstrui universalis adhiberi nequit, uti quidam volunt. Error exindè ortum traxit, quod putarint; antimonium esse omnium metallorum radicem, undè exindè menstruum universale elicere voluere, sed falso. Nihilominus est optimum menstruum pro tinctura antimonii, in specie ex vitro antimonii hyacinthino extrahenda. Nam canon Chemicorum dicit: quod menstruum cujusque proprium melius extrahat ponètretæ que in sui substantiam propter conventiam in radice, & orta particularum menstrui cum porulis solvendis proportionè.*

*Hæc fuit destillatio antimonii per se. Cum aliis quoque destilla-*



*Stillatur antimonium*, nempe cum iis, quæ corpus antimonii corrodunt, resolvunt, & resolutum unâ dùm per aerem ascendunt secum rapiunt, & ita per Retortam antimonium vehitur Modus communis est quando sacharum additur, hoc enim subdestillatione dat spiritum acidum, qui rodit & secum vehit antimonium, unde oritur *spiritus antimonii sacharatus*.

Spiritus antimonii sacharatus.

Pertinet huc *Oleum antimonii mellitum*, & antimonium miscetur cum melle & destillatur (quod noto) lentò aerè, alias enim mel ebullit, & cum impetu in receptaculum proruit, undè labor est frustaneus. *Usus horum est Chirurgicus, & externè in ulceribus carnem luxuriantem absument.* Vide plura apud Basil: Valentinum & Schroëderum.

Oleum antimonii mellitum.

Quidam antimonium pulverisatum cum panè mistum destillant per retortam, & spiritum antiepilepticum acquirunt optimum. Ratio est, quia panis dat spiritum acidum volatilem (hoc spiritus acidus præter alios usus chymicos promptè extrahit tincturam antimonii, quibusdam in secretis habitam) qui illud resolvit sub  $\Delta$  is tortura, secumque per retortam rapit.

Usus Spiritus antimonii sacharati, ac olei antimonii mellis.

Spiritus antimonii epilepticus.

Spiritus panis  
Usus eius.

Destillatur quoque antimonium cum additione salis communis aut aliorum ex sale communi præparatorum, v. gr. cum spiritu salis, aut Mercurio  $\hat{=}$ to.

Destillata hæc per Mercurium  $\hat{=}$ tum cum sint crassa & viscida, vocantur *butyrum antimonii* item antimonii oleum glaciale, item spuma venenatorum Draconum, quò nomine antimonium & Mercurius  $\hat{=}$ atus natura in lapideo mortario exactè miscentur, & ex retorta ampli & longioris colli in  $\hat{=}$  primò  $\Delta$  e mediocri destillatur, ut prodeat butyrum antimonii. Quod si fortè in collo retortæ concresecat, admodum cautè carbone liquefiat. Ubi autè omne butyrum exierit, urgetur  $\Delta$  is, datur insuper  $\Delta$  suppressorius, ut  $\hat{=}$ metur & in collo retortæ concresecat *cinnabaris antimonii*.

Butyrum antimonii & antimonii oleum glaciale quid!

Cinnabaris antimonii.

Fundamentum hujus præparationis est hoc: Spiritus salis qui est in Mercurio  $\hat{=}$ ato (constat enim Mercurius  $\hat{=}$ atus è corpore Mercurii & spiritus salis, concentrato in Mercurio)  $\Delta$  is beneficio rodit partem mercurialem seu metallicam antimonii, & eorsam secum rapit in receptaculum, & cum eò abit in liquorem crassum, odoris summè sulphurei, propter sulphur antimonii resolutum, qui liquor ob formæ convenientiam butyrum antimonii dicitur.

Fundamentum hujus præparationis in quò consistat?



Mercurium verò vivus sic à spiritu salis derelictus, partim in vivâ formâ cum butyro antimonii prodit, partim conjungit se cum sulphure antimonii, & hæc duo abeunt in tertium compositum cinnabarim antimonii, à colore sic dictum.

Circa hanc tamèn præparationem notandùm (1) quod, si plus cinnabaris acquirere volumus quam butyri antimonii, sumamus tunc duplum Mercurii  $\Delta$ ati ad unam antimonii partem, sin verò plus butyri cupiamus quàm cinnabaris, tunc anticam portionem esse recipiendam. (2) Si fluidius butyrum antimonii volumus, massam compositam prius in cellam ad aliquot  $\sigma$  reponendam esse, ut pecices humectatæ butyrum liquidius exhibeant. (3) Mercurius sit purus non verò adulteratus o-o. *Probatur verò hoc modo:* Mercurio  $\Delta$ ato affunde guttam unam vel a teram olei tartari per deliquium, si flavescit est bonus, sin verò nigrescit  $\sigma$ co est adulteratus.

Euchitreses  
quædam in  
præparatione  
butyri anti-  
monii & ejus  
cinnabaris  
observandæ.

Proba Mercu-  
rii puri

Butyrum anti-  
monii cujus  
sit nature.  
Præparatio  
butyri antimo-  
nii sine addi-  
tione Mercu-  
rii  $\Delta$ ati,

Mercurius vi-  
tæ reductio in  
antimonii.  
Butyrum an-  
timonii quid:

Butyrum an-  
timonii ex re-  
gulo, vitro, &  
antimonio di-  
aphoretico.

Quæritur, cujus nam sit natura butyrum antimonii, an Mercurialis, an Martialis? Billichius, Angelus Sala aliique statuunt, quod sit Mercurialis natura, sed contra rationem, etenim (1.) potest butyrum antimonii parari sine additione Mercurii  $\Delta$ ati v.igr: si loco Mercurii recipiatur spiritus salis, & hoc imbibatur pulvis antimonii vel si antimonium misceatur cum nitro & vitriolo, adjecto pulvere laterino, & destilletur, tunc spiritus salis communis in aeris tortura suscitatus rodit antimonii corpus in liquorem crassum, nempe butyrum antimonii. (2.) Mercurius vitæ qui est productum butyri antimonii in aceto fusus, abit in antiquorum corpus antimoniale.

Est itaque butyrum antimonii nihil aliud, quàm regulus antimonii à spiritu salino in liquorem crassiusculum corrosus. Cum verò spiritus salis relinquat corpus mercuriale, & se conjungat cum antimonio, ratio est, quia mineralia se libentius cum metallis conjungunt. Cum quoque antimonium sit corpus metallicum, acida mineralia malunt ejus connubium quàm mercurii, quem relinquunt.

Ex præparatis quoque antimonialibus parari potest butyrum antimonii, nempe ex regulo, ex vitro, ut  $\sigma$  ex antimonio diaphoretico, hæc tamen cum differentia, quod si ex regulo antimonii, cum Mercurio  $\Delta$ ato destilles butyrum antimonii, cinnabarim quoque elicere possis, si verò vitrum antimonii aut antimonium diaphoreticum cum Mercurio destilles, habebis quidem butyrum antimonii,



*Sii*, sed nullum sal, quoniam in præparatione antimonii diaphoretici per detonationem in præparatione vitri antimonii per calcinationem sulphuris omne deflagraverit, ut cum Mercurio in cinnabariam coire nequeat.

*Ufus butyri antimonii* tum Chirurgicus, tum Medicus est, tam internus, quam externus. *Externe* commodissimè adhibetur pro *fonticulu excitandis*, si calamus scriptorius applicetur cuti, eisdemque immittatur butyrum antimonii, & calamus ita commodè convenienterque diligitur, sic enim fit, ut sensum sensimque subjectam cutim & carnem corrodat butyrum antimonii, & in fonticulum transmutet, qui postmodum legè artis tractandus. *In gangrana vel ptyris sphacelo laudandum præstat effectum*, pars quippe mortua butyrò hoc illata, spontè à via sua secedit, quo factò, locus affectus sulphure inungendus, aliasque uleus purificantia adhibenda. *In bubonè postlentali* in corporibus elurioribus adhibitum mirum præstat auxilium. Illinitur summitati bubonis, undè fit eschara, facilè postmodum aperienda & convenientibus tractanda remediis. In delicatis verò subjectis buboni applicatur magnes arsenicalis, exque eò *emplastrum scale* operitur, inducta eschara consolidatur.

Ufus butyri antimonii.

Emplastrum ad bubones in delicatis.

Componitur autem *magnes scale* ex natura antimonii, sulphuris & *sci* in  $\Delta$  e  $\ddot{a}$  in crucibulo fufis, hæc optimè ununtur, in magnetem arsenicalem causticum, qui quoque *amuleti instar* in morbis malignis ipsaq; peste adhibetur.

Magnes scale.

Porro commodissimè butyrum antimonii applicatur abscessibus & ulceribus desperatis putridis, ubi jam imminet gangrana. *Interne* vix adhibetur butyrum antimonii, ob vim corrosivam ex adiunctis salibus acidis dependentem. Nihilominus fuit quidam, qui in quartana ad gutt ij cum successu adhibuit. Factum enim est, ut quartanarius, ter vel quater purgaretur, hoc notato, propinavit gutt V. & purgatus probèque sudans convaluit. Hoc mirandum sanè quod butyrum antimonii interne exhibitum non movet vomitus. Ratio forsàn est, quod acida in butyro coercean vim volatilem, constat enim butyrum antimonii ex antimonio regulo & spiritu salis concentrato.

Ufus ejus. Ufus ulterior butyri antimonii.

Butyrum antimonii interne exhibitum non movet vomitus. Causa.

Dictum supra de præparatione antimonii spiritum salis, qui est in Mercurio  $\ddot{a}$ to, cum parte Mercuriali in butyrum abire, Mercurium verò cum sulphure antimonii in collo rotortæ concretere



Purificatio  
cinnabarium  
antimonii.

crefcere in cinnabarim. Cinnabaris hæc antimonii pro usu Medico aliquoties est *anda*, ut perfectè rubefcat. & omnes *so des* superfluuntque de se deponat Mercurium. Depurata ita cinnabaris antimonii, est remedium polychreston, undè constituit basin specificè cephalici D. Michaelis Lipsiensis, vel pulveris cephalici Hartmanni. Nam in hoc specifico cephalico omnis energia dependet à cinnabari addita, magisteria nihil operantur, fecula adjecta ridenda, sed omnis à cinnabari efficacia.

Vis Specifica  
cephalica pul-  
veris cephalici  
D. Michaelis:  
& Hartmanni  
under  
Ufus cinnaba-  
ris antimonii,

Est hæc Cinnabaris singulare remedium pro partibus spermaticis seu nervosis, undè in affectibus convulsivis non habet sibi par remedium. Nam utut de morbis convulsivis à plerisque practicis altum sit silentium, tamen sunt frequentissimi, omnes enim dolores colici, nephritici, abdominis, sunt affectus convulsivi.

Optima Cura-  
tio affectuum  
cum convul-  
sione petenda  
est ex cin-  
nabarinis.  
Magnes epi-  
leptice quid?  
Ufus ulterior  
cinnabaris  
antimonii.

De quibus legatur Willisut, quorum cura ex solis cinnabarinis petenda est remediis. Qua propter maximè Crato, felicissimus ille trium imperatorum Medicus, suò jam tempore vocavit cinnabari nativam magnetem epileptice, quod elogium meliori jure cinnabari antimonii debetur, quia est nobilior. Unde in tremore atque artuum affectibus optimum est remedium. Sic quoque illis qui in mineris & metallis laborant morbosque incurrant nervosarum partium, vix potest melior exhiberi medicina quam ex cinnabaris antimonii depurata.

Potentia sudori-  
ferum antipe-  
stilentiale.

Porro in morbis malignis, in febribus malignis, ipsaq; peste, non est contemendum remedium. Poterio est suum sudoriferum antipestilentiale à scrup: j. ad scrup: j. exhibendum, quod per sudorem restituit ægros.

Ufus ulterior  
Cinnabaris  
antimonii,

Unde hoc medicamentum in febribus malignis tam adultorum quam infantum, in variolis cum Epilepsia, & ubi jam ægri delirant, adjunctis salibus volatilibus in specie C. C. aut succini, optato cum successu exhibuit. In affectibus senum catharrhalibus capitis aliarumque partium si s. partes duæ salis volatilis succini cum partè j cinnabaris antimonii, mista exhibeantur optatus, indè leqvitur effectus. Gravidis terrore affectis, undè frequentissimè oriuntur abortus, item morbis malignis laborantibus non tam ut curetur ipsæ quam ut foetus præservetur ab Epilepsia, exhibetur. In lucem postea editum, sæpius affligentè, magni usus erit medicamentum exhibitum cinnabarinum.

Uterior usus  
cinnabaris  
antimonii,

Erysipelæ capitis affectus periculosissimus, hujus enim le-  
vis-



visissimus error est lethalis, in hac cinnabaris antimonii provocato cum salibus sudorē perfectam sui invenit curationem.

Id quod maximè verum est de scabie maligna & lue venerea, imprimis verò scabie maligna, quam provocato sudorē cinnabaris antimonii feliciter eradicat.

2) Dolor vagus articularum ex scorbuto ortus optimè curatur per cinnabarim antimonii, quando hysterice passioni aliisque doloribus abdominis atque nephriticis (qui sunt affectus convulsivi) vel sola vel opiatis mixta oprato succurrunt 2) successu, imprimis in adultis, In infantibus non æquè tutò exhibetur.

Depuratur autem optimè à Mercurio vivo beneficio alkaliū unde si cinnabarim antimonii ebullire sinas in lix. viò alkalico, v gr. lixivio saponis, lixivio salis tartari, tunc dulcescit. Vocatur alias Draco mitigatus item Panchymagogum minerale ad scrup. j aliis purgantibus additus v. gr: Extractum hellebori nigri, extractum panchymagogum Crollii. Hòc modò curat egregie luem veneream, lepram, hydropem, catharros. Ex butyro antimonii quoque paratur Bezoardicum minerale. Paratur Bezoardicum minerale communiter, si butyro antimonii affundas spiritum nitri, unde effervescentia & pulveris flavi ad fundum præcipitatio, à quò ter abstrahendus spiritus nitri, sicquè remanet pulvis fixus, super quem spiritus vini deflagrandus.

Depuratio Cinnabaris antimonii fit per alkalia. Draco mitigatus & Panchymagogum minerale aliàs vocatur cinnabaris antimonii Bezoardicum minerale.

Brevius minoriq; cum apparatu bezoardicum minerale componi potest ex croco metallorum per tartarum cum nitro, calcinatione, in furno anemio  $\Delta$  e forti. Sic quoque, si cum croco metallorum sexties spiritus nitri forti  $\Delta$  e abstrahitur, fit bezoardicum conveniens. Et hoc est bezoardicum minerale simplex. Sunt & composita, quæ aliorum metallorum additione fiunt, in specie Olis, Dnæ, & tis, & vis, quorum compositiones videri possunt apud Crollium.

Compendiosior parandi modus.

In compositione bezoardici  $\odot$  tis & Dnæ notandum, ut  $\odot$  & Da ab omni  $\varphi$  re libera, nam si aurum adhuc participat de  $\varphi$  re, bezoardicum non erit perfectè diaphoreticum, sed propter admixtam  $\varphi$  rem ciet vomitum saporemq; ve habebit vitriolicum.

Notanda in præparatione bezoardici solaris ac lunaris.

Bezoardicum  $\odot$  sale fit ex scoriis  $\odot$  tis & antimonii optimè: dum  $\odot$  funditur, additur antimonium & secundum artem funduntur in regulam, qui cum  $\varphi$  io  $\Delta$  to destillatus, dat butyrum

Bezoardicum antimonii Martiale.

rum



rum antimonii Martiale, quod cum spiritu nitri mistum, dabit pulverem rubcum, bezoardicum antimonii Martiale dictum.

**Bezoardicum Jovis.**

*Bezoardicum Jovis* paratur ex butyro antimonii Joviali (quod fit ex regulo antimonii Joviali cum Mercurio  $\hat{=}$ mato, miscendo cum sublimandis nitrum) Melius fit R. Jovis uncia iiij cum Mercurii  $\hat{=}$ mati uncia IV, indeqve butyrum eliciatur. Hoc cum spiritu nitri fixatum dat bezoardicum Joviale, singularissimum in affectibus mulierum. In passione hysterica, in purpura puerperarum alba, in affectibus mammarum exterioribus exterrere ortis, in tumoribus earum, item ad impediendum lactis coagulationem, item ubi post hæmorrhagiam narium copiosam hydrops aut cachexia metuitur, Bezoardicum antimonii Joviale laudandum est remedium. Item in cachexia indeque orta scabiè, item in diarthæa & dysenteria epidemica quam sistit feliciter.

**Ufus bezoardici Jovialis.**

Bezoardicum simplex est optimum remedium sudoriferum in morbis malignis, peste scabiè maligna. In nuperrima peste Neapolitana Bezoardicum minerale multorum cum commodo fuit administratum.

Dosis à gutt vj ad viij.

### CAP. III.

#### De Extractis Antimonialibus.

**Tinctura antimonialis** sunt ut sulphuris antimonii virtutes eliciantur, in quibus potissima virtus reidet. Modi varii parandi tincturas antimonii.

Tinctura antimonii seu extractio sulphuris per alkalia.

Fundamentum extractionis per alkalia in quo consistat:

Post destillata antimonialia sequuntur nunc Extracta antimonialia, quæ extractiones instituuntur, plerumq; cum in finem, ut eliciatur Sulphur antimonii per se, quod quodammodo exaltatum & cum menstruo unitum, dat tincturam antimonii, quæ primarius est finis omnium extractionum antimonialium. Sulphur n. nobilitat non tam cinnabarim antimonii, sed ex ejusdem Tincturas. Tales à extractiones sulphuris antimonialis sunt vario modo, communiter per alkalia: np. antimonij crudum s. ejus regulus liocroc metallorum, à similia coqvuntur in lixivio aeri, quod plerumque conficitur ex sale, tartari, & calx viva l. C. C. l. Hoc in extractionis actu fit, ut alkalia extrahant sulphurem antimonii, quod cum iisdem dat extractum rubicundum. Secus atqve fieri videmus in præparatione reguli antimonii, qui beneficio calcinationis dat scorias, exqve his exhibet mediante præcipitatione cum acidis, (in specie cum aceto destillato) sulphur antimoniale solare, coloris rubicundi. In ebullitione Antimonii cum alkalibus fit,

ut



ut rodant alkalia antimonium, ejusquē eliciant sulphure, partim, quia ipsa alkalia in radice conveniunt cum sulphure antimonii, partim, quia in sulphure antimonii latet occultum acidum, quò cum se conjungunt alkalia, sulphurque extrahunt, undè postmodum ubi acetum destillatum instillatur, hoc se combinat cum alkalibus, & sulphur antimonii fundum petit. Hæc sulphura per alkalia extracta non sunt pura & antimonii sola, ut ut extracta sulphuris antimonii per acida mihi magis arrideant, sed partim sunt mista cū particulis reguli antimonii solutis, partim cum salibus lixivii, partim eum salè acidò menstrui præcipitantis. Hoc probatur exindè, (1) quia ex sulphure hoc, mediante fusione cum borrate, possit acquiri pristinum antimonii corpus in forma reguli. (2) sulphur antimonii sit diaphoreticum, hoc verò per alkalia paratum vomitus moveat, qvi omnino partibus regulinis erunt adscribendi, (3) Omni sulphuri competit inflammabilitas, quâ cum hoc destituatur, manifestum est, adjuncta sibi salia habere. Sic sulphur commune in se est inflammabile, quando verò resolvitur in alkalico liqvore, & cum acido præcipitatur in lac sulphuris, tunc attingit suam inflammabilitatem, propter salia nimirum adjuncta, ejus volatilitatem figentia, ejusque inflammabilitatem immutantia. Dum paratur regulus antimonii, facillimò laborè & unâ opera maximè præparari potest tartarus tartarificatus antimoniatu, si scilicet solvuntur reguli scorix (qvæ constant ex salibus alkalibus & sulphure antimonii:) liqvor inspissatus abit in crystallos, qui vocantur vulgò tartarus tartarificatus. Crystalli constant ex acidò cremoris tartari, qui imbibit salia acida ex scoriis reguli antimonii, ex parte antimonii, ex parte antimonii non exactè præcipitata.

Ufus hujus insignis est in febribus intermittentibus, si præmissis præmittendis ante paroxysmum exhibeatur Dosis a gr. XV. ad XXIV. Has scorias reguli antimonii non præstat Starckius, sed volatilifacit cum alkalibus volatilifacis, sicque acquirit sulphur antimonii exaltatum magnarum virium. Notum, quantæ sit existimationis salia fixa volatilifata.

Ex cinnabari antimonii purius acquiritur sulphur (ut non separasse præstat) vel per alkalia, vel per limaturam Martis. Per alkalia elicitur sulphur, si cinnabaris antimonii in lixivio aliquot horas ebulliat, sic enim fit, ut alkalia absorbeant sulphur antimonii,

L

un-

Sulphura antimonii per alkalia extracta non sunt pura & sola ex antimonio.

Experimentum probans. Sulphur antimonii per alkalia extractum vomitus moveret, Sulphuris proprium est inflammabilitas. Sulphura per alkalia extracta inflammantur. Tartarus tartarificatus antimoniatu.

Ufus tartari tartarificati antimoniatu.

Sulphur antimonii volatilifacit Starckij.

Alius modus acquirendi sulphur antimonii purius

omnino non est innotuit



unde Mercurius ad fundum secedit, vel insperso acetò facile stat-  
tur in fundo ad formam grumorum.

Sulphur & o-  
leo antimonii  
dulce Poppii.

Poppius novus scriptor quidam Chemicus sulphuri antimonii  
retorto affundit spiritum vini rectificatissimum, digerit, & per retor-  
tam destillat, sic acquirit primò spiritum vini menstruum affusum,  
postmodum oleum rubicundum saporis dulci, magnarum virium, &  
majorum, quàm cinnabaris antimonii. An procedat experientia  
nendum probatum h<sup>ic</sup>o.

Modus paran-  
di sulphur an-  
timonii cum  
limatura Mar-  
tis.

Per limaturam Martis separatur sulphur antimonii (ut su-  
pra innuimus,) si R. cinnabaris antimonii p. ij limaturæ Martis  
p. j mista in retorta destillantur, prodibit Mercurius vivus, & re-  
manet sulphur, junctum cum limatura Martis. Hoc quòd reliq-  
vitur caput mortuum, subigendum est cum ammoniaco, inque  
fiores mandantur, tunc enim sulphur antimonii cum ammoniaco  
simul ascendit in flores, qui solvendi in aqua & retandi cum aceto  
destillato, sic sulphur ad fundum recedet. Hæc de sulphureis an-  
timonialibus.

Usus tinctu-  
arum antimo-  
nialium, præ-  
primis verè  
antimonii tin-  
cturæ.

Quod attinet tincturas antimoniales, componuntur illæ hunc  
in finem, ut sulphur antimonii fixius eliciatur, (illud nempe quod est  
naturæ solaris, & à quò virtutes in medicum usum proveniunt) &  
cum convenientè menstruo conjunctum seu unitum, sub tinctura  
forma promptius in corpus nostrum agere queat. Sed veram hinc &  
genuinam intelligo tincturam antimonii, cuius labor si successerit,  
unus est ex optimis totius artis spagyricæ laboribus, de quâ tinctura  
refertur, quòd ejus uncias ðnæ uncias debet tingere in ☉,  
quia sulphur antimonii dicitur participare de natura ☉is. Ex  
genuina illa tinctura antimonii Basilus Valentinus parat suum lapi-  
dem  $\Delta$  antimonii, qui nihil est aliud, quàm tinctura antimonii. per  
retortam destillata & probe fixata. Hic lapis  $\Delta$ is Basilii Valenti-  
ni particularis ad differentiam universalis philosophorum. Nam in  
☉lem mutat, reliquis omnibus metallorum corporibus relicto, & qu-  
dem quinque partes tingere dicitur. Videatur Autor, cui meritò tan-  
quàm fidè dignissimo hisce in rebus fidem habendam censeo, vera-  
que quæ de lapide  $\Delta$ is asserit esse crediderim. Consistit autem  
tincturæ antimonialis præparatio in duobus (1) ut fiat per sul-  
phuris solaris extractionem, & (2) per extracti exaltationem  
debitam. Illa ut plurimum fit per menstrua acida, in specie  
per acetum destillatum, per spiritum  $\oplus$ , sp. panis &c. Hæc  
extra-

Lapis  $\Delta$ is  
Basilii quid?

Usus ejus.

Requisita tin-  
cturæ antimo-  
nii veræ.  
Tincturæ seu  
sulphuris solo-  
is extractio  
ex antimonio  
per quæ fiat



extractio scilicet instituitur beneficio digestionis cum spiritu vino, & subsequenter artificiosæ distillationis. Sic extrahitur tinctura  
 „ antimonii vulgariter per acida, hæc figunt sulphur antimonii, ut  
 „ vim emeticam penitus amittat, cicuratur enim hoc modo ejus  
 „ violentia emetica quàm optimè, ut fiat jucundum sudoriferum.  
 „ Et si cum spiritu vini postea ad tempus digeratur, per inferiora  
 „ purgabit, si verò cum spiritu vini prius exaltetur antimonialis  
 „ sulphuris vis, digerendo virtus ejus emetica (quæ in volatilitate  
 „ consistit) potius exaltatur magis, quàm ut figatur & sudorem  
 „ rem moveat.

Tinctura antimonii paranda præ reliquis inservit virum antimonii, à quò sulphure maximè ex parte ævolavit, & tandem sulphur solare antimonii relictum commodissimè est extraverfum, undè maximè colorem acquirit hyacinthinum. Hanc ob causam Basilius Valentinus virum antimonii pro sua Tinctura eligit, item pro parando suo artificiosissimo lapide  $\Delta$  li. Sic & Helvetius qui quoque de virtute Olibi tractatum scripsit, ex visis metallorum solet parare suas tincturas, quas habet experientissimas, sed mentis silentio involvit, putarem tamen, quod ex spiritu  $\phi$  li. & crystallis procedat.

Merito miratur Willis de fermentatione concretum antimoniale analogum, dum ejus partes aliquæ sint adeo faciles extractu, ut fiant ex antimonio Tinctura cum oleo terebinthina, item cum oleo lini, è contra quedam sint adeo fixæ, ut nec ab aqua fortis solvantur, ut opus habeamus aqua regis. Dicta hæc ad leopum nostrum collimant. Tinctura istæ vulgares sunt tantummodo artificiales, nihil aliud quàm corrosiones superficiales totius corporis, in partes minutissimas & proinde exigua existimationis.

Contra verò legitima tinctura nihil aliud sunt quam portio aliqua substantiæ propriæ corporis, idcirco menstruo extracta, cum concentratione coloris & virtutis. In specie tinctura metallorum in quibus sulphur metalli essentialè idoneò menstruo solutum à sublimioribus desideratur Chemicis, multumque effectus pollicentur. Tinctura istæ per olea destillata v. gr. terebinthina non sunt genuina, in sulphure enim antimonii fixum non agunt salia oleosa, quæ oleum resolvunt. Vide Basilius Valentinus de tinctura sua antimonii, in cujus tamen descriptione singula probe attendenda, quia singularem quoque continent enchiresin. Paracelsus habet præparationem antimonii, &

L 2

quidem

Per acida vis sulphuris antimonii emetica evadit dia-phoretica. Per spiritum vini vero exaltatur vis emetica.

Tinctura antimonii ex vitro.

Tinctura ex vitris metallorum Helvetii.

Tinctura vulgares metallorum sunt saltem corrosiones superficiales.

Tinctura per olea destillata sunt castrationes.

Tinctura antimonii Paracelsi ex floribus fixatis.



quidem certum modum *ejus flores fixandi*, quibus *fixatis extrahit tincturam*, Sed autores in diversas abeunt sententias, occulta namque est, uti quamplurimi Paracelsi arcana. Loco talis tincturæ sublimioris adhibendæ sunt communiores, quæ utut ignobiliores, tamen non contemnendæ. Inter hæc est *tinctura antimonii tartari sata & antimonio, cum natura tartari calcinato, ita ut fluunt in cinisbulo continuo autem calcinandum, donec mistura exactè flavet*.

Tinctura antimonii tartari-  
sata,

Ufus.

scat, hæc postea eximenda &  $\Delta$  a calidâ solvenda, pulvis relictus cum spiritus vini extrahendus, & tinctura ad debitam consistentiã inspissanda. Prodest insigniter in morbis chronicis, in cachexia, in febribus intermittentibus, in scabie, morbis cutaneis, in mensibus remoratis & aliis fæminarum affectibus, purificat sanguinem, & sordes in Massa sanguinis præcipitat, eosque per urinam e-  
ducit.

Tinctura ex  
scoriis reguli  
antimonii, nil  
valet.  
Spiritus vini  
asaræ alkali-  
am rubescat.

Tinctura anti-  
monii optima  
ex vulgaribus  
qvx.

Vulgò parant *Tincturam ex scoriis reguli antimonii*, quas contundunt & cum spiritu vini rectificato extrahunt mediante digestionem, sed hæc tinctura potius est salium quam antimonii. Nam spiritus vini infusus super salia alkalia, promptè se tingit colore rubrò, quem habet solum ex digestionem, ceu videre est in præparatione tincturæ tartari, undè parum de antimonio participat. Omnium optima est quæ cum spiritu vini & aceto paratur, & rectè cit de hac Freitagius, quod qui eam habeat legitimam, aliis non opus habeat.





## SECTIO IV.

DE

MERCURIO HUICQVE  
ANALOGIS CORPORIBUS.

CAP. I.

## De Mercurio.

**I**N genere notum est, quod vox Mercurii sit ex tribus Pacacelsistarum principis desumpta, nihilominus tamēn, ut in aliis seu reliquis principis ingens est confusio, ita in mercuriali principio non minus est litigiū, adeo, ut ipsi vix intelligant quid per mercurium intelligendum sit. Nam in vegetabilibus phlegmata facile Δē separabilia in animalibus partes spirituosas, in mineralibus, quod liquabilitatem, fusibilitatem, malleabilitatem iis largitur, pro principio mercurialis agnoverunt. In genere principium mercuriale est, quod concretis dat volatilitatem & facile alterabilitatem, atque ex uno materiæ modō in alium transmutationem. v. gr. è duro in liquidum. Hæc est generalis mercurii acceptio, cum verò confusum adeo atq; intricatum aut planè nullum sit principium mercuriale, operæ non videtur esse pretium, in extricando eò frustra differere, sed progressum, facturi ad tractationem de mercurio vivo seu argento vivo.

Mercurius hic Argentum vocatur, tum ob colorem, tum, quia (ut quidam dicunt) luna est mercurius fixatus, & mercurius est Luna liquida, quod tamen alii de saturno intellectum volunt, discentes, quod sit mercurius fixatus, & mercurius sit saturnus solutus.

Vivum vocatur, ob mobilitatem, fluiditatem, & summam volatilitatem. Alias triplex datur mercurius. Primò mercurius vulgi. (2.) Mercurius corporum (3.) Mercurius philosophorum. Mercurius vulgi cognitus est & notus, mercurius verò corporum est nihil aliud, quàm mercurius ex metallis perfectis & semi metallis (quale est antimonio) productus. Ingens lis est, imprimis inter non adeo peritos, num ex metallis

Mercurium  
terium Chi-  
micorum est  
principium.

In regno vege-  
tabili per Mer-  
curium quid  
intelligatur?  
In regno ani-  
mali & mi-  
nerali quid  
per Mercurium  
intelligatur?  
In genere per  
Mercurium  
quid intelli-  
gatur,  
Mercurius cur  
dicatur vivus.

Mercuris quo-  
tuplex?  
Mercurius  
corporum  
quid?  
An ex metallis  
perfectis ela-  
borari possit  
mercurius vi-  
vus currens.



„ perfectis elaborari possit mercurius vivus currens? Quidam negant, quidam affirmant. Illa sententia communior, hæc scilicet affirmativa verior, & veritati magis consentanea. Certum namq̄ est, dari mercurium vivum ex metallis extractum. Dn: Boyle fatetur, se ex multis metallis facile acquirere posse quam ex Luna. Major adhuc controversia est, an mercurius hic corporum eliciatur ut pars componens atque constituens concretum an verò ut novum productum artis beneficio generatum. Prius Helmontiani credunt, statuentes, sulphur metallorum coercere tam diu mercuriū, donec eò separatò mercurius vivus prodeat. Sed hoc min⁹ videtur verisimile, potius artificialitèr producitur per varias artis præparaciones.

An mercurius ex metallis artis beneficio generatus, sit novum productum, an verò pars componens concretum?

Mercurius philosophorū quid?

Ubi, quærendus?

Mercurius vulgi, quid? cuius sit naturæ.

Proba mercurii cuius sit naturæ? Mercurius in Δe non persistit sed avolat.

Mercurius Philosophorum est decantatissima illa materia pro lapidè philosophorum, huius tamen veritatem præsuppono. Hic mercurius philosophorum ex nullo perfecto metallo elaboratur, sed proximè ex entè metallorum primo, seu ex radice metallorum producitur, ibiq̄ve quærendus. Utut Philosophi dicant materiam lapidis huius esse ubiq̄ve, latere in stabulis, quæ vult libet secum portare, hæc tamen non de materia lapidis proxima sunt intelligenda sed remota, spiritu nempe mundi, hic enim in potentia remota consistit, dum metallicum semen disponit ad perfectionem metalli, & tunc est in potentia proxima.

Quod attinet mercurium vulgi, hic nihil aliud est quàm liquor metallicus saturninus ☉aris. Sed controversitur, cuiusnam sit natura? in specie, an sit corpus simplex indivisibile, & indestructibile, an verò sit heterogeneus ex q̄ distinctis particulis constet in quas resolvi possit? Prius affirmant Helmontiani ex tractatu ejusdem Tria principia chemicorum dicto. Verùm si cum hoc asserto conferamus quæ dicit Becherus, longè aliud apparebit, hic enim inquit, quod omnis mercurius sit amalgama seu compositum corpus metallicum tam perfectum quàm imperfectum, resolutum a fumo subterraneo, unde mercurius vivus. Et hoc ejus assertum est valde probabile, quò collinat vulgi probatio, an mercurius sit purus nec ne: Dum enim mercurium effumare sinunt in cochleari, si relinquat obscuram maculam dicunt mercuriū participare de saturno, si siavam de ☉o, si albam de Luna. Becherus confirmat experientia qui componit cum sulphure subterranei, fumo in amalgama compositum. Aias dicitur servus fugitivus, propter ejus volatilitatem, semper enim Δem expertus avolat: etiam si centies fig⁹. Interdū ad tempus fixus manet, sed



sed facile resuscitari potest. Distingvendum tamen inter mercurium fixatū & coagulatum. *Mercurius fixatus est, qui constans permanet in* Mercurius fixatus quid.  
 27 *Δē ut instar metalli fundi queat & tractari. Mercuricus co-* Mercurius co-  
 27 *gulatus est, qui coagulatur in corpus duriusculum, quodammo-* agulatus quid  
 27 *dō malleabile, & non amplius apparet in forma studia. Hic* & quomodo  
 vero parari facile potest, nempe *coagulatur mercurius cum fumo sa-* paretur.  
*turmi v. gr. sz. laturnum fundatur in crucibulo postmodum reponi-*  
*tur in loco frigido, ut parum frigeat, subiatā crustā huic imprimunt in medio foramen cui immittitur mercurius, qui mox in sub-*  
*stantiam coagulatur consistentem. At hōc mercurius coagulatus*  
*nihil aliud est quam concretum mercuriale saturninum, quia particu-*  
*læ mercurii sese insnuant in saturni corpus, & fit tale concretum*  
*idem præstat stannum, quanquam cum plumbo feliciter procedat operatio.* Alii recipiunt ovum, effusō albuminē immittunt mercurium, obturant foraminulum, & huic ovo affundunt liquefactum saturnum, & hōc modō fixatur mercurius. *Perfekte quidem figi nequit, nisi cum sulphure metallico fixo. Talem mercurium fixatum qui possident, vocatur adepti, cum habeant, quō se ad mortem lautissimē sustenteret. Sæpe quidem eō usq. figitur, ut*  
*Δlis examen sustineat, & in eo aliquantulum persistat, tamen sæpius maximē avolat & si non avolat, resuscitari potest in pristinam formam per alkalia, vel per limaturam σtius, nempe cum mercurius per acida coaguletur reducitur beneficio destillationis per retortam per alkalia, item limaturum σtius, quæ absorbent & destruunt acida, quibus separatis & vivus apparet.*

*Eruntur Mercurius nunc in forma viva, in specie in Carinthea Mercurius fluidus reperitur, dicitur alias Mercurius virgineus, quia nondum sulphurē spoliatus est: Nunc & sæpius ex terra minerali, (quam cinnabarim vocant) vi aeris evocatur, destillando scilicet additis alkalibus, zinnabaris enim ex sulphure communi & Mercurio vivo componitur, unde si adduntur alkalia, absorpto acido sulphuris, mercurius vivit. Hic notandum, quod fossiores zinnabaris fiant plerumque tremuli propter mercurium, unde si contingant, manu vas aliquot aureum indatur, & statim albescit, hoc tamen mirandum, quod non congeriantur de salvatione quæ aliās assumpta Mercurialia sublequi solet.*

27 *Magna mercurio cum metallis intercedit amicitia, maxima cum Cē, minima cum Marte. Talis est amicitia cum Olo, ut*  
 27 *licet*

Mercurius non nisi cum sulphure metallico fixo figitur, Mercurius apparenter fixatus reviviscatur per alkalia modus,

Locus Mercurii natalis. Mercurius virgineus quid. Zinnabaris ex quibus constat. Fossiores zinnabaris plerumque tremuli sunt. causa & curatio.

Mercuriorū & solorum libenter se uniant.



„ licet sit metallum compactissimum & fixissimum Mercurius  
 „ mollissimus illud tamen subito penetret & albefaciat, ita, ut qua-  
 si calcinatum appareat. Aurum hoc modò à mercurio calcina-  
 tum, dicitur amalgama ☉is, seu aurum à mercurio penetratum.  
 Talia amalgamata fiunt ex omnibus metallis, hinc Becherus dicit:  
*Metalla omnia nihil aliud sunt quàm talia amalgamata, resoluta à  
 fumo terrestri, undè amalgamata talia non sunt tractanda in metal-  
 licis cochlearibus, quia mercurius se conjungit cum metallis, facili-  
 us: cum hoc, difficilior cum illo. Mercurius hic vulgò variat  
 ratione puritatis exalterationis. Modus ex supradictis patere  
 potest. Usus ejus est magnus & perfectus in mundificatione sangui-  
 nis, in lue venerea, in scabie, aliisque affectibus cutaneis, in vermi-  
 bus &c.*

amalgama fo-  
 lis quid?  
 Metalla quid  
 Bechero.  
 amalgama non  
 sunt tractanda  
 in vasis me-  
 tallicis.

Sæpius fit, ut post assumptionem mercurii vel inunctionem  
 mercurialem in lue venerea concitetur insignis salivatio, tumor ar-  
 tuum paralysis, quos affectus curat Zacutus Lusitanus cum unguentò  
 ex auro, quod applicatum extrahit mercurium ex corpore, & hoc  
 sublato, homo sanuati restituitur. Sic Riverius in dolore capitis  
 gravissimo ex mercurii noxa, oborto, aureum applicavit num-  
 mum cumque curavit. Præterea uti dictum est in mercurio perfe-  
 cta curatio Luis venerea consistit, sive usurpetur sub forma suffitus,  
 seu linimenti, seu pulveris v. gr. turbith minerale.

Unguentum  
 noxas ab usu  
 nimio Mercu-  
 rialium illatas  
 sanans.  
 In mercurio  
 perfecta luis  
 venereæ con-  
 sistit curatio.  
 Mercurius in-  
 terne adhibitus  
 salivationem  
 movet.  
 Causa saliva-  
 tionis.

Notum est, quod internè adhibitus salivationem moveat,  
 qui usu, apud Italos creber est. Ratio salivationis est fundata in  
 malignitate mercurii arsenicali, mercurius enim vulgi adjunctum  
 habet sulphur: peregrinum volatile de natura arsenicali, à quo exo-  
 ritur salivatio, quâ suâ volatilitatè & penetrantiâ resolvit tam uti-  
 les quàm inutiles humores, eosque subtilisatos per glandulas mâ-  
 xillares exterminat. Ab hoc sulphurè fit, ut & in  $\Delta$  le abeat per se  
 in pulverem rubicundum. Quod verò virus ejusmodi fit in mercurio  
 vulgi, exinde probatur, quia & extractus ex corporibus metallorum,  
 non inducit salivationem, sed intra corpus adhiberi potest sine noxa  
 Notum est quoque, quod in scabie similibusq; affectibus cutis tam  
 in forma linimenti, quàm cinguli exactissime adhibeatur, sed cautè  
 hæc usurpanda, ne præter hæc adducta symptomata (1) cutis corru-  
 gationem inducat, (2) facillare faciat dentes. Præterea vermi-  
 bus maxime adversatur mercurius, undè aqua hermetica valdoperè  
 in vermibus conducit.


Mercurius  
 vulgion vero  
 ex corpori-  
 bus metallo-  
 rum paratus  
 salivationem  
 citet.  
 Usus mercurii  
 externus.  
 Cautelè que-  
 dam in usu e-  
 jus observan-  
 dæ.  
 Usus aquæ  
 hermeticæ.

Schroë.



Schröderus dicit & posse redigi in pulverē cum succo aliquo vegetabili, qui nullus alius est quam *sacharum*, qui & rium redigit in pulverem, quod certum est remedium in vermicibus. Scorbutici caveant sibi à mercurialibus medicamentis, cum enim & per se infestus sit gingivis, & ex in scorbuto sint corrosæ, propterea facile malum exasperabitur, & ulcera maligna & cancroſa inducit. Mercurius utut in se ex suâ naturâ sit maxime homogœneus, est tamen non omninò indivisibilis, varius tamen atq; diversas artis operandit larvas, non quidem quod per se ex & rio spiritus, oleum, & sulphur elici possint, id enim qui tentant non immeritò Sophistæ Helmontio dicuntur, sed quod aliorum additione in variis formis transformari possit, quibus tamen per addita alkalia, in totum spoliatur, ut redivivus iterum emergat. Ut verò præparaciones Mercuriales in scenam redigamus, notandum.

Anthelminticum expecto.  
Scorbuticus  
Mercurialis nocent. Cauti.  
Mercurius variis induit larvas.  
Oleum, sulphur, & spiritus ex mercurio per se, est non ens.  
Per alkalia mercurialia in quacunque existant formâ reviviscuntur.





Quamdiu  
Mercurius re-  
viscari potest  
quamdiu non  
est boni viri  
remedium.  
Mercurius  
nervis inimi-  
cas.

In genere in harum preparationum Mercurialium usū cautissimi sumus, ne plus noceamus quam profimus, memores illius Helmontii, qui, quamdiu revivificari possit Mercurius non sit boni viri remedium asserit, idque propter virus malignum, de natura arsenicali, aut sulphur Mercurii externum arsenicale, qui sulphuri eius nativo adhæret.

Nervis Mercurius est inimicissimus, ita, ut tremores manuum, paralytes, contracturas, aurifabris subnasali quotidie observemus, ut nihil dicam de attenuatione nutrimenti à salivatione nimia mercuriali excitata, aliisque symptomatis. Unde, ut sine metu noxæque adsumi possit Mercurius, necessarium erit (1.) ut debite præparetur, præparatum autem (2.) cautè & circumspèctè in usum vocemus.

Depuratio  
mercurii.

Inter præparationes mercurii occurrit (1.) Depuratio à sordibus mercurio adhærentibus, fitque communiter cum aceto & sale, vel expressione per corium. Aliàs Recipitur mercurius, eique affunditur in lagena spiritus vini, & agitur bene, undè fit, ut tandem spiritus vini nigrescat, qui postmodum pro cingulo mercurii adhiberi potest. Operatio hæc toties repetitur, donec mercurius satis sit depuratus. Melior modus est, si ex mercurio resuscitatur mercurius, destillando illum cum alkalis, sic enim purissimus mercurius se manifestat.

Præcipitatio  
mercurii.

Post depurationem mercurii sequitur Præcipitatio, seu ut abusive vocatur, Calcinatio, estque nihil aliud, quam mercurii corrosio. Ordinariè præcipitatur mercurius cum spiritibus acidis, spiritu vitrioli, sulphuris, nitri, item aqua forte, hæc mercurio affusa eum solvunt, solutio abstrahenda, & remanebit mercurius qui dicitur præcipitatus.

Mercurius  
præcipitatus alb.  
- flavus.  
- ruber.

Si fiat præcipitatio mercurii cum spiritu sulphuris, fit mercurius præcipitatus albus: Si cum spiritu vitrioli vel oleo vitrioli, flavus, si cum spiritu nitri aut aqua forte, remanet mercurius præcipitatus in forma pulveris rubicundi.

Causa diversif-  
icatis in colore.

Colorationes hæc mercurii non dependent à spiritibus, quibus cum præcipitatur, sed à proprio sulphure mercurii extraverso & separato à reliquo sui concreto, undè, si mercurius cum spiritu nitri præcipitatur, fit ruber, ratio est, quia spiritus nitri ut spiritus sulphureus admodum ferit & extravertit sulphur mercurii separabile, undè rubescit. Idem fit cum aqua forte.

Præcipitatio mer-  
curii per se.

Ex hoc manu ducimur ad miram præcipitationem mercurii per



per se. Recipe nempe mercurium vivum, hunc immitte cucurbitæ plani fundi & rectissimi orificii, imponatur arenæ, undè lentò ignè luccessivè & longò temporis intervallò mercurius sponte àbit in pulverem rubèum, qui dicitur mercurius præcipitatus per se.

Causa transi-  
onis propriæ?

Quæritur nunc, à quonam in tam lentâ digestionè calcinetur mercurius, ut in præcipitatum rubèum abeat? R. Hoc beneficio externi sulphuris heterogenei separati contingit, quod mercurius tingatur colore rubeo; Undè, quia mercurius corporum caret isò sulphure externò heterogeneò separabili, calcinari hoc modò nequit, utut diutius in ignè digeratur. Sic alii præparant analogum auri mercurium, eundem hòc dictò modò tractant, undè acquirunt mercurium præcipitatum per se, sed solarem, qui postmodum cum spiritu vini digerendus est, & desflagrandus, datqvé diaphoreticum mercuriale singularum virium in luc venerea, lepra, scabie ma-  
,, ligna &c. Reliqua præcipitata omnia mercurialia seu per se, seu  
,, cum spiritibus mineralibus acidis violentis præparata, movent  
,, vomitus atqvé secessus, nisi figatur mercurius, sic enim post-  
modum ad aliquam diaphoreseos virtutem accedit.

Mercurius so-  
laris præcipitatus  
diaphoreticus  
per se.

Sic quoqvé in dosibus mercurialium non simus nimis largi, ne periculum famæ incurramus. Hæc præcipitata fixantur, si aliquoties ab iis per cohobationem abstrahatur spiritus acidus antea affusus, & postmodum itidem aliquoties super ea deslagretur Spiritus vini, licet hæc palliativæ tantùm sint fixationes. Optimus modus est, quando mercurius cum  $\nabla$  forti, quæ ex vitriolo, One usto, & nitro conflatur, præcipitatur, & ab eo dictum illud menstruum aliquoties cohobatur, postmodum septies cum spiritu vini digeratur, & toties deslagretur ab eodem, tandem cum aqua salis tartari probe edulcoretur, sic acquiritur  $\nabla$  rubens fixus diaphoreticus.

In dosibus  
mercurialium  
non simus  
largi.  
Fixatio mer-  
curialium  
tatorum.  
Mercurius  
fixus diapho-  
reticus opti-  
mus.

Alii præcipitant mercurium cum tinctura smiridis, magnum inde expectantes miraculum. Modum vide apud Schroëderum. Sed est impostura, falso enim nituntur fundamento, supponunt quippe, quod in smiride sit  $\sigma$  tiale quid, cujus ratione smiris aptus sit tincturam elicere ex metallis & coagulare mercurium, sed ignis examen hoc fundamentum subvertit, ut plurimum enim tali modò  $\nabla$  præcipitatus igni commissus avolat cum colore, pulvis ve-  
rò residuus fixus, est à smiride.

Fixatio & fi-  
xatio mer-  
curii cum tinctu-  
ra smiridis est  
impostura.

Externè tutius mercurialia præcipitata adhibentur. In cutaneis affectibus, scabie, luc venerea, ulceribus, & iis quæ jam ad gan-

Mercurialia  
præcipitata tutius  
externè adhi-  
bentur. Usus.



**Orum vitæ**  
quid? modus  
parandi.

Ufus.

Antiquartana-  
rium Riverii.

Mercurius  
tatus viri-  
dis. Ufus.

Arcanum Co-  
rallinum Pa-  
racelli.

Calcinatum  
majus Poterii  
quid.  
Ejus Chaos.

Mercurius  
sublimatus  
quid?  
Mercurii sub-  
limatio cum  
salibus.  
Nota.

grænam inclinant meliora non dantur nisi & ialia ungentis mista. Indè quidam parant mercurium præcipitatum compositum cum aliis metallis, in specie ☉le, qui communiter aurum vitæ dicitur; Nempe solvunt ☉rum cum aqua regis, & verò cum ∇ forti, solutiones conjungunt, destillant, & aliquoties cohobant, sic exsurget pulvis, qui edulcoratus cum spiritu vini nunc tanquam vomitorium in lue venerea, nunc verò tanquam catharticum in hydrope summopere prodest.

Pertinet huc *Antiquartanarium Riverii*, quod est præcipitatus, compositus ex ☿ ☉ri, & regulo ðii, quibus tanquam quartus athleta additur scammonium, quod compositum per vomitum, secessum & sudorem egregie, ut ut non sine violentia, operatur. Præcipitatur quoque mercurius cum venere, undè oritur *Mercurius præcipitatus viridis*, de quo vide Schroederum. Et hoc certum est remedium in gonorrhœa virulenta seu maligna, cujus usus licet primâ fronte exasperare videtur malum, certo tamen curat.

Huc quoque pertinet *Arcanum Corallinum Paracelsi*, purgans optimum & februm & podagræ. Dicitur ita à colore rubeo, coralliorum faciem æmulante. *Præparatio* ejus clara est in scriptis Paracelsi, solvitur scilicet ☿ in liquore alkahestino, abiqvè in pulverem fixum sine alteratione aut immutatione; Pulvis relictus cum aqua albuminum ovorum elicitur & abstrahitur, sic tandem rubescit, & coralliorum formam seu potius colorem refert. Cum verò, ut supra monui, ☿ vulgi à spiritu nitri calcinatus maxime rubescat, factum est, ut & hic quoque arcani Corallini nomen acquisiverit, propter similitudinem, sed malè, totò enim cœlò differunt. Pertinet huc quoque *Calcinatum majus Poterii*, ut & *Chaos magnum ejusdem*: Illud est nihil aliud, quam ☿ ius præcipitatus, in aquâ forti solutus, & aquâ fassâ præcipitatus, ex quo deindè Chaos ejus magnum præparatur, singulare remedium. Vide scripta Potery.

Sequuntur *Sublimata Mercurialia*, partim cum salibus corrosivis, partim cum sulphure: Ibi ☿ ius sublimatus, hic cinnabaris oritur.

Cum salibus sublimatur ☿ sequenti modo. v. gr. ꝑ mercurii in aquâ forti soluti, vitrioli exsiccati, salis decrepitati ana, M. exactè, & sublima ex cucurbita humili, ita ascendet ☿ tus. Hic notandum, quod si ☿ cum duplo nitri & vitrioli calcinatus Δ è forti sublimè.



limetur, elevatur & rubeus non corrosivus, ejusdem ponderis atque fuit ante mitionem cum salibus, ita, ut adjuncta salia nihil ponderis eidem tribuant, sed sulphur nitri agit in mercuriale sulphur, à quo & calcinatur in pulverem istum rubicundum: Quod si verò & cum adjuncto sale communi sublimetur, ascendit & corrosivus, & pondere augetur, quantum scilicet ipsi de sale communi accedit, & ab hoc habet vim suam corrodendi.

Si mercurio sublimato addatur & vivus, fit exinde & dulcis, nam cum & vivus adijcitur, salia ista corrosiva in tantum disjunguntur, ut corrosiva mercurii sublimati vis temperatum remedium exhibeat.

Notetur hic, quod purgantia Mercurialia melius naturis phlegmaticis quam biliosis conveniant, quin his potius nocent. Et contra antimonialia medicamenta conveniunt cholericis, nocent verò phlegmaticis & humidis, undè si & dulcis cum extracto elaterii misceatur & exhibeatur in forma pilulari, in hydropè multi est usus.

Mercurius vita fit, si butyrum antimonii rectificatum infundatur.  $\nabla$ æ communi frigidæ, sic enim liquor limpidus lactescit & successivè in fundum secedit pulvis albus, qui communiter & vitæ vocatur, vomitorium nobilissimum ut ut satis violentum. Quidam præcipitant & vitæ cum tartari lixivio, & acquirunt mitius vomitorium.

Injuriam faciunt mercurio vita, qui pro mercurio mortis eum proclamant, eo innixi fundamento, quod butyrum antimonii sit productum mercuriale (est enim potius productum antimoniale, nempe reguli antimonii) à spiritu salis corrosi ac soluti, undè, quando butyrum antimonii  $\nabla$ æ infunditur, hæc inbibit partes salinas acidas, quibus separatis, regulus antimonii ad fundum secedit in forma pulveris. Vide supra de butyro antimonii quæ dicta sunt.

Usus Mercurii vitæ est nobilissimus. In febribus intermittentibus justò tempore exhibitus, insignem navat operam. In affectibus Melancholicis in specie mania non sine fructu adhibetur. Billichius in partu difficili triduo felicissimum ejus expertus est usum. Hinc Billichii morem imitatus est D. Hænsard, qui in desperato pariendi conatu eundem cum successu adhibuit. Porro conveniens est vomitorium in paralyssi lingua, difficultatè deglutiendi, in apoplexia, (in quibus casibus vel poterit inflari ori, vel unum

Vis Corrosiva  
mercurii  
si undè?  
Mercurius  
dulcis quid?

Purgantia  
mercurialia  
biliosis nocent  
Antimonialia  
nocent phleg-  
maticis.  
Pilulæ hydro-  
picæ purgan-  
tes?  
Mercurius  
vitæ quid?

Butyrum an-  
timonii magis  
est productum  
antimoniale  
quàm mercuriale.

Usus mercurii  
vitæ.



Woss mercurii vite.  
Infusum mercuriale emericum.

Mercurii vis est inexhausta.  
Vis mercurii inexhausta unde?

Antimonii diaphoreticum ultra semestre si steterit sit vomitorium.  
Confectio mercurii vite.

Mercurius vite per inferiora tantum purgans.  
Mercurius vite diaphoreticus.  
Bezoardicum minerale.  
Pulveris mercurialis purgans per inferiora tantum.

Cur mercurialia hydropicos non movent.

aut duo grana lingvæ imponi) jucundum provocat vomitum teste experientia. Verbo, *Mercurius est vomitorius in nobilissimum, & facile omnibus dialibus palmam præcipit.* Datur ad grana ij in substantia, in infuso ad gr. vj. Infunditur in vini uncis ij vel uncis iij per noctem, manè filtratur & exhibetur, & tutius quidem est in infuso quam in substantia exhibere, cum metuendum sit, ne aliquid plicis ventriculi adhæreat, lethalesque inducat cathartes.

*Est autem mercurii vis inexhausta, eundem vel milles citra sui immutationem infundi posse dicunt.* Sed quæritur, unde hic in mercurio vite thesaurus? Dicunt quidam operari per actionem radiativam, vix tamen percipi potest. Certum verò est, aliquid ab ejus substantia (utut vix perceptibile) decedere, semper verò denuò imprægnatur mercurius vite ab aere, id quod patet in antimonio diaphoretico, quod si ultra semestre spatium steterit, vomitoriam vim assumit. *Violentum est vomitorium mercurius vite, sed mitior evadit, si fiat ex regulo antimonii martiali, quia dum à salibus calcinatur ejus sulphur subtile sublimando maxima ex parte separatur, & hoc sulphur volatile antimonii à sulphure fixiori martis corrigitur, quin in tantum potest domari mercurius vite. ut per inferiora tantum purget, si scilicet mercurius vite ex butyro (quod ex regulo antimonii martiali fuit destillatum) præcipitatur per lixivium tartari, & postmodum leniter edulcoretur modò butyrum antimonii ritè fuerit rectificatum.* Sic quoque per inferiora tantum purgat mercurius vite, si ab eodem spiritus vini tartarificatus aliquoties abstrahatur. Hinc clarum evadit, quod salia alkalia faciunt mercurium vite per inferiora purgantem. Sic, si nitri uncis ij. blando  $\Delta$  è fufis adjicias uncias ij mercurii vite, evadet catharticus, si uncia i tantum, evadet sudoriferus. Sic quoque si sextuplum spiritus nitri abstraxeris à mercurio vite, acquires bezoardicum minerale, optimum sudoriferum.

Porro, si mercurii dulcis gr. xv. mercurii vite gr. ij. mista brobe teras, fiet purgatio tantum per inferiora, quia spiritus acidus in mercurio dulci figit mercurium vite ut per inferiora tantum purget. Item, si mercurium vite teras probe cum salè communi idque aliquoties repetas, evadit mercurius vite mitis, tutumque per inferiora purgans, utpote ab acido salis communis fixatus. Undè ratio peti potest, cur in hydropicis non operetur mercurius, etenim aqua salia hydropicorum corrigit figitque mercurium vite,

Para-



Paratur ex mercurio vitæ *Rosa vitæ mineralis* Angelo Sa-  
 lã: Si scilicet sumatur essentia Santali cum spiritu vini facta, ad  
 mellis consistentiam inspissata, eidemquæ addatur guttæ aliquot  
 olei caryophyllorum, item aliquot grana ambræ atquæ moschi,  
 tandem admisceatur mercurius vitæ & probe subigatur.

Rosa vitæ mi-  
 neralis Ange-  
 li Salæ.

Aqva illa in qua præcipitandus est mercurius vitæ si de-  
 stilletur & à phlegmate separetur, exhibet spiritum acidum, qui  
 vulgo dicitur *sp: vitrioli philosophici*, quasi in sublimatione mer-  
 curii aliquid de vitriolo simul ascenderit, quod tamen fallum est:  
 Est enim spiritus salis communis particulis  $\nabla$ sis dilutus, eadem  
 cum hoc habens virtutes.

Spiritus vitri-  
 oli philos-  
 phicus.

Si  $\phi$  vitæ cum duplo vel ana mercurii dulcis miscea-  
 tur, commodè externo usui dicatur. *Ingrediatur quoquæ  $\nabla$ m*  
*phagedemicam decantatisimam*, quæ fit ex  $\nabla$ a calcis vivæ in qua  
 solvitur portio certa mercurii dulcis, & adduntur pro ratione cir-  
 cumstantiæ aliquot uncia spiritus vini, fitquæ inde  $\nabla$  composita in  
 curatione & præservatione gangrænæ utilissima. Si adsit fortas-  
 sis ardor aut inflammatio, addi potest succus cancerorum fluviati-  
 lium optimò consiliò.

Aqua phage-  
 demica.

Ufus.

Ufus ejus externè quoquæ est in scabie, tinea capitis, pe-  
 diculis abigendis, in specie si cum unguento de nicotiana mi-  
 sceatur.

*Revificatur  $\phi$   $\nabla$ atus, si in vase ferro bulliat in  $\nabla$ , sic enim*  
*fit, ut  $\phi$  absorbeat salia acida corrosiva, undè his absorptis  $\phi$  in vi-*  
*va forma se manifestat. Idem quoquæ fit per additionem alkali-um,*  
*quæ rodunt ejus salia acida, undè dùm hæc in sublime rapiun-*  
*tur,  $\phi$  vivus prodit. Hic  $\phi$  in quocunq; acido solutus, inperso spiritu*  
*tartari abi in pulverem album: Si cum oleo tartari per deliquium præ-*  
*cipiatus, evadit in pulverem coloris flavi, non secus, atque  $\phi$   $\nabla$ tus.*  
*In  $\nabla$  communi vel rosarum vel  $\nabla$  destillata solutus, præcipitatur*  
*cum oleo tartari per deliquium in pulverem subrubeum, qui vo-*  
*catur Turbith minerale, ad differentiam vegetabilis.*

Revificatio  
 mercurii subli-  
 mati.

Turbith mi-  
 nerale.

Ita, si cum alkalibus volatilibus  $\nabla$ tatur, emergit color can-  
 dicans, sin verò cum alkalibus fixis  $\nabla$ tatur  $\phi$ , oritur pulvis coloris  
 cineritii, fulci, prout magis vel minus fuerint fixa

Mercurius  
 $\nabla$ tatus albu,  
 Mercurius  
 $\nabla$ tatus cine-  
 rei coloris.

Dictum, Helmontium eos vocare impostores qui ex mer-  
 curio per se volunt elicere aqvam, spiritum, oleum, & sal, id quod  
 verum esse statuto, ut ut sint, qui volunt elicere ex mercurio a-  
 qvam

Aqua, spiritus  
 & oleum ex  
 mercurio per  
 se est non ens.



quam instar liquoris alkahest, iste tamen processus non succedit, aut si acquiritur aqua, est illa ex aere ambiente. Modum destillationis vide apud Zwelferum, ut ut nihil unquam aquæ ex mercurio acceperit.

## CAP. II.

## De Cinnabari.

Cinnabaris  
quid?

Coloris cinnabaris  
rubei  
causa.

Experimentū  
probans colo-  
rē cinnabaris  
esse ab acido  
sulphuris &  
corpore mers-  
coriali.

Cinnabaris  
carulea.

Cinnabaris  
nativa quid?  
& modus  
figendi.

Variat cinnabaris  
nativa  
quoad virtu-  
tes.

**M**ercurius si sublimetur cum sulphure, dat Cinnabarim, sublimatur autem si R. mercurii vivi ꝑꝑ ꝑꝑ, sulphuris comun uncie iij, mista hæc sublimantur & exurgit sal artificialis. Res sanè mira, quod ex corpore mercuriali albo & sulphure flavo tertium oriatur rubicundum, ita ut hujus operationis phænomena optimè confirmet doctrinam de coloribus clarissimi Boyle & aliorum, quod scilicet colores orientur ex mutata textura, quæ recipit vim refringendi radios solares.

*Fundamentum preparationis Cinnabaris est hoc, acidum sulphuris in  $\Delta$  corrodit & ium, eumque secum unit & evehit in altum, ut exindè tale concreseat corpus salinum. Fieri hoc modò Cinnabarim patet indè, quia beneficio alkaliū aut cum limatura  $\mathcal{O}$ tis ex Cinnabari resuscitari potest & vivus, si scilicet recipiatur cinnabaris, & cum alkalibus destilletur, prodit & vivus per retortam, quando alkalia absorbent acidum sulphuris, indè & à compedibus acidis liberatus, in formā vivā se sistit. Idem fit cum limatura  $\mathcal{O}$ tis.*

*Sunt qui volunt preparare cinnabarim cœruleam. Recipiendo sulphuris partes ij, & vivi partes iij, ammoniaci p. j, hæc mista & sublimata dant corpus cœruleum, sicut & cum sulphurè communi dat corpus rubicundum.*

Productio hæc Cinnabaris mechanica & artificialis manus ducit ad considerationem & generationē cinnabaris nativæ, quæ eruitur ex minera propria. Hæc enim minera nihil aliud est quam sulphur cum mercurio vivo & terra lapidosa  $\Delta$ is subterranei beneficio in corpus rubicundum concretum, quæ minera pulverisata & sublimata, dat cinnabarim ejusdem planè naturæ cum vulgari. Hæc cinnabaris nativa variat pro varietatē minerarum ex quibus elicitur. Prout enim variat sulphur in sua minera cum mercurio, ita quoque variat hinc præparata cinnabaris.

Opti-



Optima minera est Ungarica, quæ abundat Oro & Lunâ,  
undè quoquè cinnabaris inde eruta participat de sulphure nobili-  
cri, participante de natura auri. Viliores sunt omnes reliquæ  
mineræ.

Minera cin-  
nabaris quæ  
optima.

Quæritur, An Cinnabaris nativa possit tuto intra corpus  
assumi?

Non immeritò dubitant nonnulli, quibus suspectum est sul-  
phur arsenicale, quod plerumquè in mineris se solet associare, prop-  
terea rejicitur cinnabaris nativa, præfertur artificialis cinnabaris &  
quidem tutius. Nihil ominus si placeat usurpare cinnabarim na-  
tivam corrigis oportet eam de virulentia suâ, partim sublimationè,  
partim cum spiritus vini deflagrationè.

An cinnabaris  
nativa tuto in-  
tra corpus as-  
sumatur.

Per repetitam sublimationem corrigitur cinnabaris, quando  
sulphur ejus arsenicale avolat, & feces nocivæ segregantur, uti  
quoquè fit in cinnabari antimonii: Quod si verò non datur occa-  
sio sublimandi, recipitur cinnabaris nativa, coqvitur in aqua fer-  
vente aliquoties, postmodùm pars prius supernatans subigitur cum  
spiritu vini, & deflagratur. Sic quasi pura acqviritur cinnaba-  
ris nativa.

Correctio cin-  
nabaris nati-  
væ.

Alii parant Cinnabarim artificialem ex amalgamate mercu-  
rii cum Oleo, hæc cum sulphure communi sublimant, & legitimò  
modò tractant, & sic acqvirunt cinnabarim artificialem solarem,  
de quo vide Græsi tractat: de Theriaca coelesti. Usùm Cinna-  
baris nativæ vide in cinnabari antimonii, de quo superius capicè  
de martialibus dictum, conveniunt enim in virtute.

Cinnabaris  
Oris.





LIB. II.  
SECTIO I.

DE  
METALLIS.

CAP. I.

De Metallis in genere.

Metalla quid?

**D**ē metallis acturi, suppetit vobis, quod metalla sint corpora mixta, composita ex materiis distinctis, ē quarum mixtione exsurgit corpus tertium metallum nempe, ita tamen, ut coalescant in corpus maxime heterogeneum indeluctibile & essentialiter indivisibile,

Chimici ut exactius metalla eorumque phænomena explicent, docent, quod consistit ex mercurio, sulphure, & sale, quæ doctrina est antiquissima, & jam olim à Raimundo Lullio recepta.

Per sal sulphur & mercurium ut principia metallorum quid intelligendum veniat?

Intelligenda verò per sal, sulphur, & mercurium non vulgaris illa corpora: sed ut res clarior fiat per sulphur intelligenda venit substantia acido pinguis, à quâ metalla facilem habent ignitionem & excalescentiam, per mercurium humiditas radicalis metalli, seu principium tale, à quò habent facilem fusibilitatem: Nominè salis substantia fixior, fere de natura alkalium, ligans sulphur & mercurium, & cum iis in substantiam metallicam fatiscens. Hæc principia inter se agnoscunt quandam proportionem justam, ita, ut sal sit principium passivum, quod det metallo corpus, sulphur largiatur formale, & tò esse specificum metallorum: Mercurius verò conferat, ut sulphur & sal hoc modò eò melius ferrumentur & coeant.

Convenit hæc explicatio cum illo Chymicorum, quandò nimirum metallis corpus, animam, & spiritum tribuere, per corpus intelligendo sal, per animam sulphur, per spiritum mercurium, qui extrema quasi conglutinet atque confirmet constringatque. Hæc si velim applicare ad philosophiam corpuscularem, tunc per & intelligendæ sunt



Sunt particulae quae in igne sunt facile mobiles, inde facilis metalli fusibilitas oritur. Per sulphur particulae materiales quae in igne facile flammam concipiunt, inde metalli exandescencia; Per Sal particulae illae materiales, quae sulphur metalli signant, ne avolare possit. Ita exposita Chemicorum principia, commodè nobis metallorum naturam sistunt. Nullò verò modo ita intelligenda sunt, ac si verum aliquot sulphur tanquam pars essentialiter constituens atque revera ante resolutionem existens, & sal atque vivus talis in metallis reperitur: Nam licet ex metallis sulphur inflammabile, item & vivus n. m. pè & corporum, item sal perfectum aut maximè vitriolicum haberi per artem queant, ea tamen actu ante transmutationem non intueri, sed fiunt demum sub chemicis laboribus, atque sunt nova artis producta, atque antea non existebant.

Sulphur & mercurius artis ope ex metallis producta sunt entia nova.

Sic quidam copiosum ostendunt sulphur ☉re, quod tamen non est ex ☉le, sed noviter productum ex conjunctione metallorum aliorumque corporum. Eadem censurà dignae istae vulgares metallorum & mineralium tincturae, quas Chيميци quidam pro genuinis obtrudere non erubescunt.

Modum generandi metallorum quod attinet, certum est, quod ex profundo terra exhalant fumi quidam (quos vocant die Bitterung) pingves volatiles, qui in corpore quodam lapidescente (attamen tractabili) coerciti atque intercepti, abeunt succedente tempore in metalla. Hi fumi in defectu terrae satis subinde abeunt in flores, item in striae varias pro varietate metallorum.

Quomodo metalla generentur?

Inter principia metallorum praeter reliquis considerari meretur sulphur, utpotè à quo nobiliores in Medicina derivantur virtutes. Hoc sulphur in se continet acidum, idque eò copiosius, quò magis metallum fuerit sulphureum. Imprimis abundat hoc acidum in ☉e & ☉te, quae nobiliora habent sulphura. Hoc exinde probatur. Si enim auro liquefacto nitrudatur bacillus ferreus, hic corrosus apparebit ab acido sulphuris solaris excedente satis. Sic mars quoque abundat copioso acido, solubili in quovis aqvofo, unde maxime ab aere corrosus abit in crocum. Stannum insigniter est sulphureum, unde si cum nitro in Δe agitetur, flammam exhibet. Ab hoc sulphure est, quod metalla gustus communent quandam acetositatem vitriolicam, quae omnibus metallis inest, teste Hartmanno.

A sulphure principia metallorum virtutes oriuntur.

☉rum & mars copiose polient acido

Sapor vitriolaceus metallorum unde.

Omnia metalla conveniunt quidem in radicè, & ex iisdem

Omnia metalla conveniunt in 2a dice.



„ constant principiis, differunt tamen (1.) ratione majoris vel  
 „ minoris maturationis (2.) ratione singularis proportionis prin-  
 cipiorum, quæ debite concurrant. Ratione maturationis divi-  
 duntur in fixa, matura, & nobiliora, quorum sulphur est perfectè  
 fixatum & maturatum, ut ☉ & luna, & minus fixata seu mobilia  
 immatura & ignobilia, quæ fixitate & proportione debita prin-  
 cipiorum destituuntur. Hæc sunt vel mollia, vel dura: Mollia  
 sunt, quæ constant Mercurio copiosiori, minusquæ temperata  
 sunt à sale & sulphure, & hæc facile liquantur & funduntur in  $\Delta$ e,  
 sed minus facile igniuntur, talia sunt  $\mathcal{L}$  &  $\mathcal{H}$  nus

Durities me-  
 tallorum un-  
 de?

„ Dura sunt, quæ constant sulphurè copiosissimo & pauco mer-  
 „ curio, facileque ob sulphuris copiam igniuntur, & difficultè  
 „ funduntur ob defectum principii mercurialis. Distingvenda  
 probe sunt densa à duris. Ferrum & chalybs licet æque dura,  
 non tamen æque densa sunt, mercurius quandoque fit densissimus  
 metallorum, tamen mollissimus est. Aurum, quamvis densissi-  
 mum, vitrò tamen mollius, quod auro longè rarius & levius.

*Ratione Proportionis quædam Perfecta sunt, quædam Im-*  
*perfecta.*

Quare futu-  
 rus in purifi-  
 catione solis  
 & lune reli-  
 qua metalla  
 absorbeat solè  
 & luna inta-  
 cta.

Jam videamus quare Unus in purificatione ☉is & Dna re-  
 liqua metalla absorbeat, Ole  $\mathcal{D}$  Dna intactè, ratio est, quod  $\mathcal{H}$  co-  
 piosò abundans acidò sulphureò, cupiat futurari, verù cū ☉ & Dna  
 habeant nimis fixum acidum sulphureum, adeòque nimis sint compa-  
 cta, indeq; inepta quibus  $\mathcal{H}$  nus saturatur, aggreditur met. illa potius  
 ignobiliora,  $\mathcal{P}$  rem,  $\mathcal{S}$  tem, &  $\mathcal{U}$  vem, ceum magis terrestria, ea corro-  
 dit, corrola absorbet, quibus absorptis ☉ &  $\mathcal{D}$  tunc in testa pro-  
 batoria relinquit intacta.

Probatio me-  
 talli omnia  
 convenire in  
 radice.

„ Dixi quod omnia metalla convenient in radice, quod indè pa-  
 „ ter, quia unum metallum de altero participat, & imprimis igr, o-  
 „ biliora de nobilibus. Sic in  $\mathcal{H}$  no semper datur quid de argen-  
 „ to. In Dna rectè tractata semper aliquot grana ☉is reperiun-  
 „ tur. Marti inest sulphur ☉lare, cum quò maximè nonnulli fi-  
 gere solent sulphur antimonii. In cupro est primum ens Dna, undè  
 semper  $\mathcal{P}$  et  $\mathcal{D}$  simul conveniunt in radice, undè quoque est, quod  
 ambo hæc metalla exhibeant tincturam saphirinam amboque vo-  
 mitus excitent sat violentos. In love est adhuc aliquot ens auri,  
 quod arguit convenientiam metallorum in radice De conveni-  
 entia macrocolimi & microcolimi, (quantum nimirum septem metal-

In cupro est  
 primum ens  
 luna.

la



si conveniunt cum septem planetis, quique quinque principalioribus corporis nostri partibus applicentur à quibusdam) non est ut quid adjiciamus, cum res notat.

Cum itaque metalla in radicē conveniant, & non nisi gradum & perfectiōne differant, fac ille patet, quid de transmutatione metallorum sit statuendum. Nempe non repugnat, metalla imperfectiora, ignobiliora, & immaturiora ad majorem gradum perfectiōnis, nobilitatis, & maturationis perducī posse. Notum enim est, quod hunc mutetur in Orum teste Helmontio, aliaque metalla in aurum transeunt teste experiētiā.

Res certa est, non enim differunt formalitē, sed tantum maturitatē, inde si maturationis debitum acquirunt gradum, abeunt in verum Orum. Ita Dna si figatur perfectiūs, evadit in Orum, saltem ut eadem deficiat tinctura, quam mutuatur à ♀ re, cum hæc de ente Ois participet.

Huc quadrant verticuli illi Basilii Valentini

Ich bin ich blau und weiß

Wenn ich erlang den fixen Preis

So fleidet mich Venus zur Hand

Weit Scharlach und Purpur-Gewandt.

Usum metallorum quod concernit, quæritur An metalla cruda aliquam in corpus nostrum habeant efficaciam? Nihil operari effectivē, est enim eorum compages durior ut sicut ingesta sint rejiciantur, sed passivē. Contra salia acida vitiosa irruendo in metalla assumpta eademq; solvendo acrimoniam suam amittunt: Sic v. gr. Mars crudus pulverisatus assumtus, licet effectivē nihil juvet, utilis tamen est in iis morbu, in quibus acidum est in primis viis, dum nempe salia hæc acida corrodendo item, acrimoniam suam perdunt, eidemque adhærentia per alvum exitum quærent. Dicta hæc valent quoque de hno, qui Paracelsus quarta Chirurgia columna dicitur, ex eo enim præparato, cancerosis ulceribus applicato, iisdem passivē medentur, quando salia acida saturno sese associantia dulcescunt. Idem valet de Cupro, quod humores præter naturam per vomitum educat, alia verò res est de Tincturis aliisque præparatis metallicis, quæ de essentiali metalli sulphurē participant. Has stupendas effectus edere videmus. Ast quæritur, quomodo operentur? Modus operandi ibidem est inversus. Vis

N 3

Transmutatio metalli imperfecti in perfectum non est non ens.

Luna fixæ si deor color solis median- te sulphure veneris, perfectum est autē.

An metalla cruda aliquam in corpus nostrum habeant efficaciam?

Saturnus est quarta Chirurgia columna.

Metalla quomodo operentur?



illa irradiativa Helmontii, qua archæum dirigunt, est imperceptibilis. vide Helmont: Hæc ingenium speculationibus deditum quidem lætant & mulcent, sed Præticorum non explent desiderium Ergo, si quid dicendum, assererem, metalla operari virtutē anodynā, certum namq̄vè est, cuilibet metallorum vim habet virtutem manodynam tam humorum vitiosorum, quàm spirituum irregulariter tumultuantium sedativam; qui sedati, naturæ præstant obedientiam.

Sulphuri antimonii & veneris in lignis inest virtus anodyna.

Verum, pro his genuinis tincturis separandis non sufficit mutua solutio per menstrua corrosiva vulgi, sed sublimior requiritur præparatio. Omnes vulgares tincturæ sunt corrosiones superficiales corporis totius in partes minutissimas, undè maxime facile reduci possunt ita corrosa metalla,

Tincturæ vulgares metallorum sunt corrosiones superficiales corporis. Reductio tincturarum in metalla.

Tales metallorum sub peregrino habitu latentium reductio perficitur mediis alkalis, in specie cum sale tartari vel borace. Nam quæcumq̄ tinctura cum menstruo acido præparata reducuntur per alkalia, hæc enim cum acido concurrente tandem seuniant, undè corrosivum ex acidi vinculis liberatum, ponderè suo fundum petit, & hoc modò institui potest *δοξιασία* tincturarum. Dixi, quod alkalia reducunt metalla: Nam *alkalibus vegetabilium* singulis inest vis reducendi metalla, in specie sali tartari, quod hunc ob usum dicitur sal privilegiatum. Medium itaque quod fit & corporum, sunt alkalia fixa, imprimis sal tartari, ut paulò superius dictum, & hinc ammoniacum, quæ exinde Chemicis dicuntur salia resuscitativa. Et nulla sit perfecta mercurificatio nisi quæ non fit cum sale tartari, aut cum sale urinæ, aut ammoniaco.

Nulla sit perfecta mercurificatio nisi per sal tartari aut urinæ.

CAP. II.

De Marte.

Constat & copioso sale acidò, paucò & rìo, & mediocri sulphure acidò, eò tamen quodammodo fixo, undè proxime ex omnibus metallis & ad Solem accedit, & cum hoc sulphure martis quidam transmutationem particularem instituere volunt. Paucus Marti inest Mercurius, inde difficulter funditur, ut potius adjectò mercurio hunc defectum compensare possis. Cum hisce tribus principiis

Mars ex quibus constat? Sulphur martis accedit ad naturam solis. Causa difficultatis fusionis in marte.



„ cipiis conjungitur terra fixa alkalica rubescens, à qvâ est, ut diffi-  
 „ culter sit malleabilis, nisi prius benè fundatur. Ab hac terra  
 „ est, qvòd malleo percussus in squamulas facillimè abeat, ob fir-  
 „ mam hujus terræ texturam. Ab hac itidem terra est, quòd  
 „ omnia acida tam promptè imbibat, ab hac oritur medicamento-  
 „ rum vis adstringiva, nec aliundè procedit med ca vis  $\sigma$ tis, quâ  
 „ absorbet vitiosos acidosqve in corpore humano aberrantes hu-  
 „ mores recentioribus salia dicta. Convenit cum ferro chalybs,  
 „ nec nisi duritiè differunt. Fit verò chalybs ex ferro artificialitèr,  
 „ nempe Mars in lamellas redactus, & cum carbonibus aut salibus  
 „ alkalibus stratificatus, fortissimo  $\Delta$ i committitur, ita mars de-  
 „ puratur & induratur. *Fundamentum hujus indurationis consistit*  
 in eo, quod acidum copiosum in  $\sigma$ tè existens, in stratificatione ar-  
 riptat illa salia alkalia tum fixa carbonum, tum volatilia ex cornu-  
 bus, à quorum concursu constringitur magis principium terrestre,  
 & in majorem duritiem excrescit  $\sigma$ tis corpus. Sic quoq; indurat  
 $\sigma$ tis  $\nabla$ a ex lumbicis &  $\nabla$  radice raphani & porri. In his  
 vis si extingvatur  $\sigma$  ignitus, fit, ut salia volatilia, quæ impræ-  
 gnant hanc aquam, se insinuent in martem candentem, & sic aci-  
 dum maximè saturatum duritiem marti conciliet.

„ Marti vulgo duplex attribuitur virtus. Una adstringens,  
 „ altera aperiens, illam partibus terrestribus atque fixis, hanc vo-  
 „ latilibus adscribunt. Undè crocum martis adstringentem para-  
 „ turi, eò usqve calcinant martem, donec absumptis partibus vola-  
 „ tilibus remaneant fixiores. Sed falso innititur hæc vulgi hypo-  
 „ thesis fundamento. Mars enim est corpus homogeneum, perdu-  
 „ ratqve sub æquali tenore in  $\Delta$ i tortura. Error & distinctio illa  
 indè nata, quod Practici viderint, *martialia non exiguum usum*  
 „ præstare in morbis quorum causam ab obstructionibus & in-  
 „ sarctu crassorum humorum deduxerunt, ut in cachexia, quarta-  
 „ na, obst uctione mensium, malo hypochondriaco &c: undè  
 „ virtutem aperitivam illi adsignarunt. Cum verò maximè &  
 „ in dysenteria, diarrhæa, aliisque fluxibus præternaturalibus pro-  
 „ desse observaverint, exindè vim ejus adstringentem notarunt.  
 Verùm ex principio falso falsa proficiscuntur principiata. Fal-  
 „ sum est, quod supra dicti affectus oriantur ab obstructione, cer-  
 „ tum contra est, quod mars semper adstringat per se, & terra  
 „ martis styptica adstringentem habeat virtutem, id quod omnia

Malleabilitas  
 difficilis in  
 Marte unde?  
 Squamule  
 martis quid?  
 Vis medica-  
 mentorum  
 martialium  
 adstringiva  
 unde?

Chalybs quo-  
 modo fiat ex  
 ferro artificio-  
 liter.  
 Induratio mar-  
 tis.

Causa ejus,

Crocus mar-  
tis adstringens

An mars vim  
aperientem &  
adstringentem  
possideat?

Ulus martiali-  
um.

Mars semper  
adstringit ape-  
rit per acci-  
dens.

cx



*ex Marte parata demonstrant medicamenta, quæ gustui saporem adstringentem ministrant. Aperit verò Mars tantum per accidens, quando nimirum intra corpus assumptus reperta in corpore salia Sylvestria acida & facile coagulabilia (à quibus induci solent obstructions) absorbet, absorptaque secum per alvum educit. Unde hoc modo sublata causa, tollitur obstructio, undè rectè & dicitur optimum melancholice digestivum, cujus causa materialis moderis statuitur esse acidum vitiosum in primis viis hærens, quod ad sem assumptum accurrit, eumque corrodendo suam amittit acrimoniam, & postmodum simul cum sem per secessum eliminatur. Hinc est quod post assumpta Martialia feces ut plurimum nigro colore tincta sint, uti hoc ipsum à potu acidularum contingit. Et sane malum est, si post assumpta Martialia non tingantur feces colore nigro, signum enim est sem non absorpsisse salia vitiosa corpori noxam minantia.*

Causa melancholice.

Ab usu martialium feces nigro apparent colore. Causa.

*Ratio coloris fecum nigricantis est sem assumptus, internè acida vitiosa intra primarum viarum limites hærentia absorbens, quæ, dum ad universalem partem tendunt, à bile quam præterlabuntur præcipitantur, in colorem subnigrum.*

Ufus martialium.

*Ob virtutes jam dictas sem dicitur optimum Melancholice ut supra inimus digestivum, item alexipharmacum mali hypochondriaci à Zacuto Lusitano, item Panacea cachexiarum, tam virorum, quam virginum, tam simplicium, quam scorbuticarum. Hinc est, quod omnes pulveres cachecticos ordinariè sem ingrediatur, qui, quod simplices, eò præstantiores. Sic pulvis ex solo croco sem cum paucis cinnamomo & aliquot gr: ambrae magni est usus, ut ut simplex.*

Pulvis cachecticus.

Post assumpta Martialia corpus movendū omniaque acida vitanda.

*Norandum hic, quod post assumpta Martialia corpus sit movendum, atque convenienter agitandum, item omnia acida postmodum sive in cibo, seu in potu vitanda, quia Martem saturant, undè postmodum saturatus, vitiosa salia relinquit intacta.*

An limatura Martis cruda sine noxa internè adhiberi possit.

*Quæritur, an limatura Martis cruda commodè adhiberi internè possit? R. distinguendo inter illos qui habent ventriculum validum, & qui debilem. Illis conceditur, his verò negatur, quia periculum est, ne Mars in ventriculi fundo subsistens, vim ibi vitriolicam & vomitivam acquirat, aut ructus nauseamque exciet, ac appetitum dejiciat. Et refert Panarollus, se post mortem eorum qui usi fuerint Martialibus, in ventriculo limaturam Martis adhuc crudam reperisse, quia ventriculus fuerat debilis.*

Præ-



Præparata  $\sigma$ tialia vel sub formâ liquidâ exstant, vel sub formâ siccâ. Illa tincturæ, hæ croci nominè veniunt. Et sanè liquida  $\sigma$ tialia siccis vel crocis præferenda esse putarem, quia in iis magis  $\sigma$  solutus, in his magis compactus, majores ventriculo parat labores & dolores.

Crocus  $\sigma$ tis dicitur à colorè quem exhibet subflavo, crocus. Est autem nihil aliud, quam  $\sigma$  in rubiginem solutus. Dicitur vulgo in adstrictorium, & aperitivum, sed falsò,  $\sigma$  enim per se semper adstringit, aperit per accidens, vide Tachæn: & supra. *Crocus  $\sigma$ tis adstringens paratur calcinando martem in  $\Delta$  forti, in quâ calcinationè abit in pulverem subrubicundum quò dicitur crocus adstringens. In hac calcinatione  $\sigma$ tis in pondere suo augetur, ut sibi post calcinationem uncis ij serè aucta appareat. Hoc augmentum ponderis marti accedit ab acido carbonum sese in martem insinuante. Alii compendiosori modò crocum martis paraturi, pulverem rubicundum baculis ferreis adherentem (qui in furnis chemicis adhibentur) abstergunt cum pedè leporino, crocumquè non incommodum acquirunt.*

Usus hujus croci est in illis affectibus qui opus habent adstrictionè, in omnibus fluxionibus, tam sanguineis, quam excrementorum, in dysenteria, diarrhæa &c. Externe ingreditur pulverem stypticum Crollii, item emplastra vulneraria & styptica Chirurgorum & Opodeldoch Paracelsi. Sumoperè prodest in ulceribus, in curando eorum corrosivitate, quod præstat, dum absorbet eorum acidum.

Convenit cum hoc croco martis in omnibus terra vitrioli dulcis, quæ nihil est aliud, quàm crocus metallorum, seu martis, vel venenis, & haud immerito dixerim, terram vitrioli dulcem nobilioris adhuc quàm crocum martis simplicem præstare effectus.

Crocus martis Aperitivus commodius forsân alterativus dicitur, quia post usum hujus crasis massæ sanguinæ viciata redit, & quatenus absorptis salibus vitiosis digestionum errores sponte curantur. Indè prot nùs patet, quod omnes croci martis aperitivi non sint parandi cum nimis acidis, alias saturantur iis, & in corpore stibulantia acida linqunt, mars enim facillimè ab omnibus acidis tam mineralibus quam vegetabilibus corroditur, propterea pro scopo alterativo præparandus est vel blandis acidis, l. planè insipidis, martis corpus durum lenitèr aperienti.

Crocus martis quid? Martialia siquæ siccis præferenda sunt, Crocus undè dicitur & quò duplex, Croc: martis adstringens.

Usus croci adstringentis in-ternus. Ejus usus Chirurgicus.

Terra vitrioli dulcis quid?

Crocus martis aperitivus undè dicitur ita. Notand: in præparatione martialium pro scopo aperitivo.



Crocus martis  
aperitivus  
cum aqua sim-  
plici optimis.

Crocus martis  
aperitivus per  
aerem.

Modus præfer-  
vandi ferrum  
a rubigine.

Crocus martis  
aperitivus per  
aquam alkali-  
fatam  
D. Michaelis  
eroci martis  
præparatio.

Tartarus mar-  
tialis

entibus. Magni æstimatur sequens præparatio. R. limaturæ martis, eæque affunditur parùm aquæ simplicis, & exp nitur radiis solaribus in diebus canicularibus, tunc intra paucos dies eadem limatura vertitur in crocum, & ingens excitatur effervescencia. *Fundamentum hujus operationis* consistit in eò, quod acidum copiosum in marte existens ab aqua dissolvitur, & postmodum accedentè solis calore proprium aggreditur corpus, & in crocum talem eo rodit, qui est maxime aperitivus, quoniam nihil acidi externi accessit, quò se saturasset. Sic quoque *mars aeri expositus ab eodem humectatus, abit in rubiginem*, ab acido enim in aere existente & in martis corpus se insinuante, illudque in crocum seu rubiginem corrodente oritur crocus hic, undè optimè præcavetur hæc rubigò per alkalia, in specie per oleum tartari per deliquium, quia *alkalia destrunt acida*.

Contra rationem maxime gladii aliæque instrumenta ferrea oleo communi unguuntur, ut hoc modo à rubigine præserventur, notum quippe est, quod oleum commune scateat copioso acido, quod potius corrodit quàm præservat, undè potius cum alkalibus talis cura instituenda erit.

Quidam ut præparent Crocum martis aperitivum aquam simplicem acuant cum alkalibus, in specie cum sale absinthii fixo, eamque in loco tepido limaturæ martis affundunt, sicque acquirunt crocum martis aperitivum seu alterativum. D. Michael Lipsiensis paravit crocum martis aperitivum cum lixivio ex cineribus herbarum aperientium, ut fumarie, absinthii, affundendo hoc limaturæ martis. Verùm crocus hic cum salibus præparatus parùm valet, quàm rimum enim salia in lixivio contenta cum marte miscentur, ea (dum cum marte concurrunt) abeunt in corpus calciforme, prorsus pro hoc scopo inutile, utcumque enim coquas martem cum salibus, nunquam tamen eundem alteratum deprehendes, sed in tali præparatione aqua tantum solvit acidum martis, salibus interea nihil facientibus. Sunt qui præparant crocum martis aperitivum cum vino non inelegantem.

Pertinet huc Tartarus Martialis, qui fit, dum solvitur tartarus in  $\nabla$  ferrariorum, huic solutioni ad litur postmodum limatura martis, undè acidum tartari rodit martem, postmodum filtratur & evaporatur, solvitur denuò, & in loco frigido generantur crystalli, qui egregii sunt in morbis chronicis, in specie in



in mensibus suppressis. Huc vocari posset preparatio illa secretissima Willsi de fermentatione, quam quoque videre poteris in exemp: Bartholini, & fit cum cremore tartari & spiritu vini.

*Damnantur merito & exploduntur preparationes nimis acidis factæ, qualis est calcinatio illa fusoria cum magdaleonibus sulphuris, dum nimirum ferrum ignitum admo vetur sulphuri, hoc inflammatur, acidq; suo spiritu martem corrodit ut granulatum decidat in vas suppositum. Granula hæc postmodum subtilissimè trita iu crocum martis evadunt, qui verò cum jam sit acidò sulphuris saturatus, nullas in corpore exferit virtutes, quin potius ventriculorum onerat, est enim talis fixissima nullò liquore solubilis.*

Pari ratione Tincturæ Martiales nimis acidis preparatæ intra corpus assumptæ parum aut nihil operantur, si verò cum alkalibus aut blandis acidulis præparentur, suam merentur laudem, Talis est illa Tinctura vitrioli martis Zwelferi, quæ paratur ex vitriolo martis cum terra foliata tartari, quæ sanè multum est commodi. Vide Zwelferum, qui egregia & lectu præ omnibus aliis habet verissima.

Nec suo usui caret Essentia martis tartarifata, optima in affectibus renum & vesicæ, item urinæ. Pertinet huc quoque Vitriolum Martis Riverii, quod consistit vitrioli martis part. j. Spiritus vini part. ij infundit in vas ferreum, digerit & in frigore ad crystallisandum reponit. Hi crystalli magni sunt usus, quoniam acidum martis additione spiritus vini mitigatum & edulcoratum fuit.

*Martialia liquida communiter nomine Tincturæ veniunt. Dividuntur vulgo in adstringentes & aperientes, quamvis quid de hac distinctione sentiendum sit ex præcedentibus videre sit.*

*Pro scopo aperto acquirimus Tincturas aperitivas, si extrahatur & ignitus in menstruis subacidulis vegetabilibus aut liquoribus alkalibus. Nam V ferrariorum est egregia in scopo adstringente in dysenteria, in dyarrhæa, pro fine aperiente in cachexia & ictero. Melius proceditur, si limaturæ martis affunditur vinum, tunc enim fit, ut acidum vini rodatur martem & imbibatur, undè tale vinum cum paucocinnamomo propinatum miro præstat effectu in cachexia & morbo hypochondriaco, aliisque foeminarum morbis. Vide Panaroll:*

O 2

Huc

Preparatis martialia per acida præparata aperitive sunt nullius momenti.

Tincture martiales cum nimis acidis paratæ nullius sunt usus. Tinctura vitrioli martis Zwelferi.

Usus essentiae martis tartarifatae. Vitriolum martis Riverii.

Modus parandi tincturas martis aperitivas varias.

Vinum cachecticum & hypochondriacum.



Modi alterantes martiales.

Huc pertinent *Noduli alterantes ex vegetabilibus cum limatura martis vino infusis, qui valde convenientes sunt in morbis chronicis, in quibus quoque infusa martialia non sunt contemnenda. Alias tincturæ martis fiunt variis cum menstruis.*

Essentia martis optima.

*Quidam parant tincturam martis cum succo acetosa, alii cum succo tamarindorum, alii cum musto vel succo berberorum. Optima tamen est que fit cum succo pomorum borsdorfianorum, solutio inspissatur, cui postmodum affunditur spiritus proprius vel alius conveniens, & fit elegantissima essentia martis, conveniens affectibus chronicis contumacibus, in specie in quartana.*

Flores martis.

*Paracelsus cum succo cichorii solvit limaturam martis, paratque exinde tincturam martis egregiam. Sic quoque spiritus panis acido volatilis promptè solvit martis rubiginem, miros in affectibus chronicis exhibentem effectus. Denique ad præparata martialia in forma sicca maximè pertinent flores martis, de quibus & exinde paratis medicamentis vide Zwelferū, qui lectu dignissima super hunc locum profert, & ausim dicere, vix paria in toto volumine inveniri posse. Mars nimirum cum ammoniaco præparatur in floribus ruberos, dum acidum ammoniaci corrodit martem & partes martiales secum in sublime rapit.*

Mars fulminans.

*Chimici curiosiores conantur producere martem fulminantem, qui, utut à quibusdam in dubium vocetur, revera tamen datur, modò enchirifes quædam observentur. Fundamentum martis fulminantis consistit in convenientia sulphuris martialis cum sulphure solis, conveniunt enim in radice mars & sol, nisi quod sulphur solare sit fixius martiali sulphure. Paratur autem mars fulminans, si mars solvatur in aqua regis, & præcipitetur cum oleo tartari per deliquium parato. In hac præparatione notandæ sunt sequentes enchirifes.*

Bezoardicum martiale.

*(1.) Observandum est exactè punctum saturationis, hoc nisi fiat, omnis spes fulminandi perit, (2.) ne præcipitatio nimis sit subitanea, si enim effervescencia oriatur nimia, vix fulminabit. Ratio fulminis martis est eadem cum Oro fulminante. Nam ut ex concursu sulphuris & nitri cum salè fixo carbonum fit effervescendo fulmen, ita etiam in marte.*

Usus ejus.

*Bezoardicum martiale paratur ex regulo antimonii martiali in butyrum destillato, & cum spiritu nitri præcipitato. Vide Rosfinck: Usus ejus est in hydrope, hinc in cachexia & Ictero. In specie in hydrope optimum esse testatur Rosenkrenzerus.*

CAP.



## CAP. III.

## De Cupro.

Cuprum est metallum ratione principiorum & compositionis  $\sigma$ ti affine, ut ut nobilius. Constat sulphurè copioso, ex parte fixiori quàm est sulphur martiale, hinc de mercurio plus participat quàm Marte, adeò, ut sulphur & mercurius sint in equilibrio in cupro, terrestrequè principium copiosius est in cupro, quàm ferro. Nam quoniam plus de mercurio & sulphure habet, citius funditur quàm ferrum, promptiusquè inflammatur. Sic cum ammoniaco Venus potest inflammari, quatenus ammoniacum extrahit internum sulphur veneris illudquè extravertit, ut eò citius flammam concipiat. Item ratione mercurii, copiosi Venus optimè misceri potest cum sole & luna, ita, ut eorum fusibilitatem non impediatur. Contrarium fit in Marte & reliquis metallis, quæ non misceri cum sole & luna possunt, quin eorum impediunt solubilitatem & ductibilitatem.

Imprimis in Cupro consideratione dignum est sulphur, de quo Basiliius dicit, quod tingat lunam in solem. De sulphure elegantem scriptis tractatum Polemannus libro de sulphure Philosophorum inscripto, qui sane jucundus est in theoria, sed in praxi paucimomenti, & certum est, quod ubi Polemannus hunc tractatum scripsit, nondum illum scire volatilisare sal tartari, seu ejus ex discursu de hac materia patet. Quod verò in Venere sit sulphur illud benedictum ex quo Helmontius oleum seu  $\Delta$ em  $\sigma$ ris paravit, extra omnem dubitationis aleam est, beneficio hujus sulphuris veneris curationes magnetico magice sunt.

Ex hoc sulphure veneris fit, ut caput mortuum vitrioli veneris curet dysenteriam, si scilicet excrementa dysentericorum super caput mortuum vitrioli veneris emittantur, & mox fluxus ille periculosus sistetur. Hoc secretum fuit D. Knöphœlii.

Sulphur veneris & mercurius in aequali proportione si miscantur, inde emergit Venus volatilis, quæ tanta est, ut si fortiori subjiaciatur  $\Delta$ e, exhalante partè mercuriali terream quoquè secum abripit, venere serè totà in auras abeunte.

Insignis affinitas veneri cum luna intercedit, adeò, ut raro unum sine altero effodiatur, hinc quoquè utraque exhibent colorem

Cuprum quid, & ex quibus constat.

Cur Venus facilius fundatur ferrò.

Venus fulminans. Extractio sulphuris veneris.

$\Delta$ is seu oleum veneris Helmontii in Venere est.

Cura Dysenterie magnetica Knöphœlii.

Venus volatilis

Magna veneri cum luna intercedit amicitia.



*saphirinum*, item ex hac convenientiâ radicali est, quod ambo vim habeant purgantem. Sic datur luna hydragoga in hyprope multum conferens. Ita & venus tam vim catharticam quam emeticam satis superque ostendit, undè *periculosum est venerea intus exhibere*, propter nauseam, vomitus, & secessus lethales.

Venerca intus  
exhibere est  
periculosum.  
Orichalcum  
conficiendi  
modus.

*Cuprum cum lapidè calamitari mistum, constituit Orichalcum*, nempe veneris partes centum. & lapidis calamitaris partes triginta miscentur, fortiqve  $\Delta$  è agitantur, ut fiat indè orichalcum.

Vitriolum ve-  
neris.  
 $\oplus$  is prepa-  
ratio.

Acida quæcunque si fuerint fixa & fortiora, rodunt venerem in vitriolum, si volatilia & blandiora, in  $\oplus$  Hic notatu dignum, quod alkalia volatilia solvant venerem, martem verò relinquant intactum. Ratio est, quod promptius alkalia aggreduuntur sulphurea, jam verò venus plus sulphuris in se continet quam mars v. gr: spiritus urinæ tingit venerem in colore ultramarinum seu saphirinum, reliquæ verò veneris solutiones per acida factæ, sunt virides.

Spiritus viri-  
dis veneris vola-  
tilis.

Polemannus aliqve ejus sectatores innuunt sulphur ex venere eliciendum esse per salia volatilia, seu per alkalia fixa volatiliata. Fit verò ærugo seu  $\oplus$ , si cum lamellis veneris & vitæ macis fiat s. s. huic mixturæ postmodum affunditur aceti p: j urinæ puerorum part. IV l. iij, reponuntur, ad tempus in loco calido, tandem eximuntur, & ita laminæ omnes à volatili vinaceorum aciditate (quam aciditatem vinacea eructant propter blandam effervescentiam aceti & urinæ) erunt corrosæ, & fasscent in æruginem seu  $\oplus$ , quod germanis audit Grünspan. Hoc virideas destillatum, dabit spiritum acidum volatilem, ex vinaceis, urinâ, & aceto destillato ortum, quem pro liquore alkahestico vendunt Zwelferus. Tachænius verò nihil aliud hunc spiritum esse dicit quam acetum destillatum, (quanquam multum ab aceto destillato differat hic spiritus) plurimaqve in eo latent singularia. Fit verò hic spiritus duplici modo. (1.) R.  $\oplus$ , solvunt in aceto destillato, filtrant, & acquirunt crystallos virides, hos destillant, & acquirunt spiritum acidum multis affectibus proficuum. *Melior tamen modus est* (2.) quò R.  $\oplus$ , permiscetur cum ana. x, destillaturqve, sic prodit spiritus volatilis præstantissimus, qui egregium præstat tam in medicina quam alchymia effectum. In specie valde convenit hic spiritus in lethargo & similibus affectibus soporosis. Ex hoc  $\oplus$  cum gummi ammoniaco paratur spiritus compositus, qui dicitur

Spiritus viri-  
dis veneris vola-  
tilis.

Spiritus viri-  
dis veneris vola-  
tilis.

Utius ejus

Utius ejus



ctur spiritus ⊕ cum gummi ammoniaco. R. ⊕ part ij gummi ammoniac: p. j miice & destilla, & prodibit spiritus acidulus optimus. Vel *melius* R. ⊕ p. iij gummi ammoniac: p. ij sulphur: vulg: p. j si miice, destilletur, & prodibit spiritus acidus volatilis, qui in affectibus asthmaticis optimum est remedium.

Spiritus viridis teris cum ammoniaco.

Alias ⊕ *crudum nullam utilitatem & efficaciam habet in medicina, nisi quod externe in chirurgia adhibeatur* undè basis esse solet unguenti ægyptiaci, unguenti Hildami &c. quæ in ulceribus cacocœthicis aliisq; periculosis magni sunt auxilii. Sic quoque externe pro basi concurrunt in compositione aquarum viridum distillarum, in florbuticis, ulceribus gallicis malignis &c. Alias de *Venere vix aliquid tuto adhiberi potest interne, nisi ejus sulphur anodynum prius fuerit extractum.*

Ufus ejus. Ufus viridis teris.

Sulphur anodynum venere sola est medicina tuta interne exhibenda ex venere.

CAP. IV.

De Plumbo.

Saturnus & Iupiter multum possident principii mercurialis, undè facile suunt. In specie in saturno seu plumbo mercurius est copiosus, immaturus, & non rite fixatus, undè fit, ut calcinatus perdat quid de pondere. Huic mercurio parum adjunctum est sulphuris, quantum scilicet sufficit pro corrodendo mercurio, minimum vero *alis* inest saturno, undè saturnus ratione principiorum in compositione contrarius est marti.

Saturnus ex quo constat.

Ratione abundantis in saturno mercurii fit, ut omnia metalla præter solem & lunam absorbeat, undè ratio artis probatoriæ dependet. Nimirum in capella probatoria saturnus omnia metalla absorbet, exceptis solè & luna, quia mercurius ejus acidus esurius cupit saturari terrâ salinâ reliquorum metallorum, cujus ipse saturnus minimum possidet. Cum verò sol & luna nimis fixum habeant sulphur acidum, inepta sunt quibus saturnus saturetur, adeoque ea relinquit intacta. Alias magnam habet convenientiam cum luna, undè in calcinatione saturni ut plurimum reperitur luna.

Causa cur saturnus omnia metalla præter solem & lunam absorbeat.

Quidam asserunt, quod si saturnus calcinetur beneficio speculi ustorii per radios solares loco lunæ aliquot grana solis exhibeat, ita, ut luna in solem mutata sit. Fides sit penes expertum.

Præparata saturnina quod attinet, saturnus calcinatione re-

Minii præparatio.

verbe-



Cur augetur ponderē in præparatione. *verberatoria abut in minium, de quo notandum, quod minium augetur in pondere v. gr. Si s: saturnus crudus ad uncias Xii, post calcinationem habebis uncias Xiii. Ratio petenda est ex sulphurē carbonum, particulæ enim acidæ sulphuris carbonum in  $\Delta$ e exhalantes, jungunt se cum saturni substantia, ipsiq̃ue adherentes, augent minii pondus*

Cum acido se conjungit saturnus & solvitur imprimis ac expetit acidum aceti volatile, à quò solvitur antea calcinatus, & acquirit saporem dulcem.

*Aliàs si conjungatur cum acido, augetur pondere. Per calcinationem immersivam redigitur saturnus in calcem ut plurimum dulcem, dictam sacharum saturni. Nimirum solvitur minium acetò destilato, solutio decantatur, filtratur, & abstracta humiditate ad crystallifundum reponitur. Crystalli hi depurandi crebris solutionibus, & tandem abeunt in sacharum saturni. In hac præparatione notandum: quod non omne omninò acetum abstrahendum sit à soluto, quia etiàs periculum imminet ne fumet saturnus, quod non rarò contingit, teste experientia propria. Similiter crystalli fiunt ex minera saturni cum aceto destilato, acuatò spiritumitri, hòc modò solvit mineram & in crystallos corrodit. Sacharum hoc saturni quodcunque acidum absorbet, propterea in malo hypochondriaco, in specie in melancholia hypochondriaca, est singulare remedium. Item in quartana contumacissima ante paroxysmum quidam fuit qui propinavit, sed in dosi solitã majori, scilicet ad scrup: ij. Cæterum, cum oc: 69. ad gr. XV. in eadem quartana si exhibeatur, multi erit usus. Porro in phlogosi, ex effervescentia salium vitiosorum exorta singulare est experimentum sacharum saturni. Hinc in dysenteria ratione virtutis sue aluminosæ & adstringentiæ multum præstat.*

An sacharum si è sterilitatis metu intra corpus possit assumi?

Tinctura antiphthistica ex saturno.

Hæmatites artificialis,

*Queritur, an sacharum sine sterilitatis metu possit intra corpus assumi? Negant qui saturni mineralis cum saturno cœlesti convenientiam magnificiunt, quippe qui infœcundos dicunt reddere, sed vanum est & sine fulmine fulgur. Ex saccharo saturni cum vitriolo martis vel veneris depuratisimo mediante spiritu vini extrahitur tinctura illa antiphthistica, quæ valde adstringit, estq; commodum satis remedium in consolidandis pulmonum ulceribus, renum aliarumq̃ue partium exulcerationibus.*

*Sacharum saturni cum vitriolo martis si destillatur per Retortam*

*tam*



tam sublimatur hæmatites artificialis hæmatiti nativæ quàm similima. Unde facile colligi potest, ex quibus principiis hæmatites constat.

Calcinatio saturni vaporosa dat cerussam, qua nihil est aliud quàm saturnus calcinatus vapore aceti: & quidem pro usu medico saturnus cum aceto vel potius cum vapore aceti calcinatur in loco calido, pro alchymistico verò cum aceto destillato in quo ammoniacum solutum fuit, sic enim pulcherrima & subtilissima habetur cerussa.

Usus saturni tantus est, ut Paracelsus quartam Chirurgia columnam constituere dixerit, nec immerito, absorbendo enim acidum vulnere ulcerumque egregiam navat operam, unde plurimorum emplastrorum v. gr. albi, cerussæ, camphorati, de minio, basis est. Item emplastrum de cerussa cum aqua spermatis ranarum in erysipelate prodest. In cancro osculto medicamenta saturnina (quia absorbent acidum, mali autorem,) valde prosunt, unde quoque Medici vulgares & Chirurghi præcipiunt ut præparentur omnia unguenta saturnina in mortario plumbeo, ut ramenta saturni mortarii commissa unguentis, eò melius absorbent mali causam. Sic in ulceribus scorbuticis & malignis, item in scabie saturnus & ex eo parata remedia multi sunt usus. Ad maculas faciei in specie den Kupferhandel ac variis lentiginibus, & in genere in omnibus cutaneis affectibus dicta saturni remedia post mercuriū dulcem sunt optima, imprimis verò, cerussa, quia corrigunt acidum sub cute ex prohibita insensibili transpiratione collectum.

Sic cerussa cum aqua spermatis ranarum, item aqua calcis vivæ, cum sacharo in ambustionibus absorbendo acidum optime conducunt. Porro si sacharum saturni destillatur per retortam, prodit (1.) spiritus volatilis ardens (2.) oleum duplex, primo nempe rubrum, post nigrum empyreumaticum. Hunc spiritum ardentem vulgo dicunt esse ex substantia saturni, sed est impostura, revera est spiritus aceti, quò cum præparatum est sacharum saturni, nihilque aliud quàm spiritus vini regeneratus. Certum enim est, quod in aceto inclusus lateat spiritus vini, dum jam partes fixiores acidæ rodunt saturnum eiqvè adhærent, volatiliores in destillatione fiunt sui juris & leni prodeunt  $\Delta$ è, ubi verò  $\Delta$ is intenditur, partes simul saturni rapiuntur per retortam, quæ abeunt in corpus oleosum. Patet itaque quanti spiritus hic saturni so-

Cerussa quid?

Usus medicamentorum ex saturno.

Spiritus volatilis ardens ex saturni sacharo eius nature sit? Oleum ex sacharo.

In aceto occultus adhuc latet spiritus vini.



De spiritu  
ardente coral-  
liorum quid  
habendum.  
fit, & cujus  
fit foetus?  
Acetum quo-  
modo genere-  
tur.

phisticus fit habendus, hinc omnes affectus quibus mederi debebat concidunt. Idem est iudicium de spiritu ardente coralliorum, qui itidem est sophisticus, nihilquæ aliud quam foetus aceti & spiritus vini regeneratus. Nam *acetum fit, quando sal acidum vini signi particulas salinas volatiles spirituosas*, jam, quando corallia solvuntur ab acido sale aceti, iisque adhærent, partes volatiliores fiunt sui juris antea in aceto fixæ existentes, & levi  $\Delta$  sub pristina spiritus vini formâ prodeunt.

Ex saturno nil  
liquidi uti &  
ex omnibus  
metallis per se  
potest destil-  
lari.  
Butyrum sa-  
turni.

*Certum est, quod uti ex omnibus metallis ita maximè ex saturno per se sine additione aliorum nihil liquidum possit destillando acquiri, quoniam potius si aliquid eliciatur ex iis, fit hoc additio aliorum, unde hoc modò novum erit productum.* Occasione hujus destillationis recensendus venit *modus destillandi butyrum saturni v. gr.* *Et mineram saturni non vulgarem, sed volatilem Ein flüchtiges Blei* quæ ex Ungariâ apportatur, hæc pulverisatur, & cum ana-  
 $\varphi$   $\Delta$ ti miscetur & destillatur per retortam, sicquæ acquiritur li-  
quor crassiusculus, constans ex spiritu acido salis communis in  
 $\varphi$   $\Delta$ to contento, & particulis saturninis, quas spiritus salis unâ se-  
cum per retortam vehit.

Bezoardicum  
saturni.

Ufus ejus.

Præterea in collo retortæ reperiri solet aliquid cinnaba-  
ris, quæ constat ex saturno & mercurio. Butyrum hoc *saturni*  
*consuetò modò rectificandum est, & postmodum cum  $\nabla$  simplici eò-*  
*dem modò quò butyrum antimonii  $\nabla$  tari potest pulvis albus sa-*  
*turninus, qui est ejusdem usus ac sacharum saturni, laxat blandè.*  
*Fit quoquæ ex butyro hoc Bezoardicum saturninum, nimirum bu-*  
*tyrum saturni  $\Delta$  tatur cum spiritu nitri, & hujus triplâ abstractione,*  
*edul oratione, & calcinatione, fit bezoardicum saturninum sim-*  
*plex, utpotè quod non participat de antimonio uti alia Bezoardica*  
*metallica, & est egregium remedium in peste, febribus malignis pestilen-*  
*tialibus, item in morbis saturninis diſtis, v. gr. in malo hypochondriaco,*  
*Scorbuto, arthride vaga, melancholia hypochondriaca &c.* Solet  
in destillatione butyri antimonii aliquid simul de mercurio vivo  
prodire, sed est tantum vulgare, resuscitatus ex  $\varphi$   $\Delta$ to. Cæterum  
butyrum hoc rectificatum si affundatur super novam mineram  
saturni, & denuò destilletur per retortam, tunc dicunt fieri, ut  
perfectus mercurius vivus saturninus acquiratur, quod tamen  
novum erit productum antea non existens.

Butyrum hoc saturni si affundatur super sacharum saturni

ni



ni & simul destilletur, dat oleū rubicundum admodum dulce, e-  
 gregiarum virium in morbis chronicis, in specie in ulceribus cor-  
 roliuis, quæ difficiliori curationis, præprimis si prius aliquid  
 de bezoardico saturni fuerit exhibitum.

Oleum factuari  
 saturni dulce  
 & rubrum.

Quod antea de spiritu saturni dictum, id valet maximè de  
 floribus. *Saturnus per se nullo præbet flores, quia ratione copiosi*  
*mercurii facile in  $\Delta$  liquescit. Vulgò faciunt s. l. f. ex saturno &*  
*sulphure, cujus acidum in  $\Delta$  erodit saturni corpus, post addunta-*  
*na salis decrepitati, & duplum boli communis, mixturam com-*  
*mittunt retortæ duobus tubulis constante, die auff beiden Seiten*  
*einen tubulum hat, oben aber keinen, uni apponitur receptaculum*  
*alteri verò follis, sic destillatur spiritus, & fortiori  $\Delta$  è flores in re-*  
 tortæ collo colligantur, qui nihil aliud sunt quàm pars saturni à  
 spiritu nitri corrola, qui bene edulcorati, in medicina multi usus  
 sunt. Ex hisce floribus cum salibus resuscitativis alkalibus po-  
 test resuscitari & corporum, scilicet saturni.

Flores saturni  
 & ex illis pa-  
 ratus mercuri-  
 us cuiters sa-  
 turni.

Dictum superius, quod *sacharum saturni valdoperè conve-*  
*niat in morbu*, undè sunt qui faciunt *balsamum saturni ex hoc sacha-*  
*ro saturni per extractionem*, nempe sacharo saturni affundunt ole-  
 um destillatum terebinthinæ vel juniperi, digerunt, donec abeant  
 in colorem rubineum. Sed hæc mixtura invicem probè agitan-  
 da est, aliàs non colorabitur. Nec tamen hic color est à saturno,  
 sed tantummodò beneficio digestionis super corpus saturninum  
 extractus. Aliàs si debite oleum tale cum sacharo uniri posset,  
 esset balsamum non inefficax in morbis chronicis. Quin ex  
 hoc fundamento patet falsitas olei destillati saturni dicti, hoc e-  
 nim nihil aliud est, quàm acidum concentratum sacharò saturni  
 affu-um, ex quo postea per destillationem fit oleum saturni  
 & factum. Idem fit cum tincturis saturni remedium, spiritus vi-  
 ni probè imbibit adjunctum oleum, & nihil de saturni corpore re-  
 cipit, undè certum est, quod omnes tincturæ saturni, quæ uberius præ-  
 stant in Schroedero, nihil valeant, hoc enim metallum est nimis mer-  
 curiale, parùm verò de sulphure participans, de quo omnis tinctura  
 oritur, undè quoque parùm vel nihil cum spiritibus oleosis sulphu-  
 reis extrahi poterit. Si verò balsamica oleorum balsamicorum vir-  
 tus cum saturno conjungi debet, cum nullo hoc alio saturni subiecto  
 fieri poterit quàm cum sacharo saturni. Et tunc maxime habebis  
 balsamum sulphuris temperatum, in affectibus internis multi usus.

Balsamum sa-  
 turni rubcum.

Quid haben-  
 dum sit de tin-  
 cturis saturni.

Modus opti-  
 mus parandi  
 tincturas sa-  
 turni.

Usus.



& majoris efficaciae quam vulgaris, qui in quibusdam pectoris affectibus v. gr. phthisi, hœtica &c. vix tutò adhibetur, cum tamen si cum saccharo saturni præparatus sit commodè illis proficit. Sic externe quoque, si forte hic balsamus sit nimis acris, commodè miscetur cum cerussa, aut balsamo, Peruviano, & erit remedium non inefficax.

## CAP. V.

## De Stanno.

Quid veteribus fuerit stannum.

Stannum ex quibus constat

Causa cur saturnus Jovè suspendiosior. Cur Jupiter sit minus malleabilis.

Stannum mixtum cum saturno si miscetur, inque  $\Delta$ e fundatur, difficulter postmodum ab eo seperabitur, undè à quibusdam stannum dicitur Diabolus metallorum, reliqua metalla si non planè destruit, eadem tamen valde alterat.

Pre ceteris insigniter alterat venerem, quam friabilem reddidit, quia utraqvè metalla sunt sulphurea, undè  $\mathcal{Z}$  cum  $\phi$ e mistus agitatusqvè in igne, flammam concipit.

Color coerulescus Jovis unde?

**S**Tannum cognatum est plumbo, interim in multis ab eò discrepat, dicitur quibusdam plumbum album, sed malè, nam apud veteres datur metallum, quod dicunt plumbum candidum, deindè quoqvè stannum, quæ tamen maximè sunt distincta. Veteres per stannum intellexere plumbum cinereum seu Bismuthum, quod statuitur metallum certi generis, quibusdam verò dicitur semimetallum, ut & antimonii minera. Argento statuitur bismuthum esse cognatum, undè à nonnullis vocatur argento metallum. Constat verò Stannum ratione principiorum ex mercurio respectivè copioso & puriore, magisque maturato quam est mercurius saturni, non tamen perfectè fixato, undè mollior est & fugacior, quam in metallis perfectis. Purior est sed paucior quam in saturno, undè est, quod saturnus sit ponderosior quam stannum, hic verò minus malleabilis ob defectum proprii mercurialis quam ille. Contra verò luxuriat in stanno sulphur copiosum, volatile admoddum, & minus subactum, minusqvè cum terra salina mistum, ut stannum sit omnium metallorum porosissimum, propter deficientem intimorem unionem. Quam ob causam sit quoque, ut cum aliis metallis mixtus, difficulter rursus ab iis separari possit, v. gr. cum saturno si miscetur, inque  $\Delta$ e fundatur, difficulter postmodum ab eo seperabitur, undè à quibusdam stannum dicitur Diabolus metallorum, reliqua metalla si non planè destruit, eadem tamen valde alterat.

Pre ceteris insigniter alterat venerem, quam friabilem reddidit, quia utraqvè metalla sunt sulphurea, undè  $\mathcal{Z}$  cum  $\phi$ e mistus agitatusqvè in igne, flammam concipit.

A sulphure est, quod stannum colorem præbeat coeruleum. Ab eodem est quoque, quod remedia  $\mathcal{Z}$  vialia moveant vomitus,

tus,



„ tus, nisi omne sulphur eis sit detractum. Ab hoc est, ut qui-  
 „ dam dicant, quod  $\mathcal{Z}$  in aquâ forti accendatur, item quod  $\mathcal{Z}$  cum  
 nitro accedente quodam alkali instar pulveris pyrii fulminet.

*Ufus levis crudi rarior est, ut ut quidam eundem usurpent  
 in hysterica passione, sed methodo modòque ridendo, undè præ-  
 parandus prius est, & postea in usum vocandus.*

*Calcinationes  $\mathcal{Z}$  varis, in Chemicorum possunt videri libris,  
 quæ tamen omnes non sine diffi. ultate fiunt.*

*Granulatur  $\mathcal{Z}$ , si cum salis decrepitati ana indatur py-  
 xidi cretæ illitæ & benè agitetur, sic stannū abit in granula minima,  
 quæ ab acidis quibuscunqve facillè corrodentur.*

„ Ad eundem modum quò ex minio sacharum saturni, ex jo-  
 „ ve quoqve granulato sacharum fit jovis, optimum in affecti-  
 bus hysterice internè propinatur, ut & in quibuscunqve in  
 quibus sacharum saturni commendatum fuit. *Ridiculum vero*  
 „ est, sacharum jovis cum oleo aliquo umbilico ad everten-  
 „ dam histericæ passionis molestiam applicare, quod tamen qui-  
 busdam familiare.

Ex minera jovis præparantur *Crystalli laxantes, in hydro-  
 pe & cachexia mulierum perutiles.*  $\mathcal{R}$ . minere pulverisatæ q v.  
 solve in spiritu nitri, aut quod præstat in aceto cum spiritu nitri a-  
 cuato, solutio filtretur, & factâ evaporationè justâ, ad crystallisan-  
 dum reponatur. Optimè fiunt *crystalli  $\mathcal{Z}$  vis cum spiritu vitrioli  
 li  $\mathcal{f}$  ij, minere  $\mathcal{Z}$  is  $\mathcal{f}$  ij, & duplo  $\nabla$  æ fontanæ mixti, sic solutionè  
 & evaporatione debitâ factâ, crystalli profurgent egregii, blandè  
 educunt  $\nabla$  hydropicorum per secessum. Dosis ad gr. iij.*

Ex  $\mathcal{Z}$  e cum  $\mathcal{Z}$   $\mathcal{Z}$  fit *Bezoardicum joviale simplex, quod  
 excellens est medicamentum in febris malignis, item in purpura  
 puerperarum tam alba quàm rubra.* In his & similibus affectibus  
 ulurpari quoqve potest Bezoardicum Joviale compositum, de quo  
 in Chemicorum libellis. Hisce affine est *sudoriferum maximum Pe-  
 tri Joh. Fabri ex  $\mathcal{Z}$  &  $\mathcal{Z}$   $\mathcal{Z}$  beneficio distillationis paratum, ex-  
 cellens remedium ubi sudorè opus est, de quo vide Fabr. in Pantologia  
 & Panchym. Celebre quoqve ex jove medicamentum est *Anti-  
 hecticum Poterii, cujus descriptionem vide apud Autorem. Quæ  
 aliàs præter jam dicta ex  $\mathcal{Z}$  e prostant medimenta interna, non  
 merentur attendi. In specie *Tinctura joviales que vulgo extant  
 nullius sunt momenti, Et hæc de metallis ignobilioribus dictum  
 sufficiat.***

Undè jovialiss  
 vis vomitoria,  
 Stannū fulmi-  
 nans,  
 Ufus stannū  
 crudi-

Granulatio Jo-  
 vis.

Sacharum Jo-  
 vis.  
 Ufus ejus ri-  
 diculaque co-  
 pinio de eo.

Crystalli mi-  
 neræ Jovis  
 laxantes,  
 Ufus eorum.

Bezoardicum  
 joviale.  
 Ufus ejus.

Petri Joh. Fa-  
 bri diaphore-  
 ticum joviale.  
 Ufus ejus.  
 Antihæcticum  
 Poterii.  
 Tinctura jo-  
 viales vulga-  
 res nullius  
 sunt usus.



## CAP. VI.

## De Auro.

Sol ex quibus  
constet.

☉ri inde-  
structibilitas  
undēt

An aurum  
medicamentis  
mixtum ali-  
quas in cor-  
pore exferat  
virtutes?

Lapis philoso-  
phorum ex  
solo auro est  
non ens.

De tincturis  
auri vulgari-  
bus quid ha-  
bendum?  
An dicitur  
menstrua in-  
spida auri  
solventia?

Seqvuntur nunc *nobiliora*, quæ sunt Sol & Luna. *Constat Sol*  
,, ex principiis metallicis defecatisimis iisqve maximè inter se  
,, unitis, & quidem ex terræ fixæ salinæ mediocri quantitate, sul-  
,, phurè defecatisimò copiosò satis, & mercurio itidem purissi-  
,, mo, arctissimò sibi invicem nexu unitis. Ex arctissima hæc ☉ri  
,, compage oritur ejus indestructibilitas, quam vetus illud spagi-  
ricorum dictionum confirmat.

*Facilius est aurum construere quàm destruere, quod Dra-*  
*conis effatum Helmont: urget contra eos, qui sua crepant aura po-*  
*tabilia. Licet enim (centies vel ignè vel menstruis tam inspidis,*  
,, quàm acidis corrosivis calcinetur aurum, tamen reduci facilè  
,, potest. Stante hæc ☉ri indestructibilitatè, manifestum evadit,  
,, nullum ex ☉ro usum neq; in medicinam neq; in alchimiam re-  
,, dundare. Medici quidem dum ☉ri folia variis milcent medica-  
,, mentis majorem iis gratiam conciliant, & pretium augent, de vir-  
,, tutebus nihili addunt. Fabula illa de gallina aurum concoquente ali-  
,, bi satis discussa. *Qui aurum candefactum in aqua appropriata ex-*  
,, tinguunt, id quidem obtinent, ut liquor inspissatus flavescat, &  
,, pulvis flavus in fundo subsideat, qui à Locello in ictero valdo-  
,, perè commendatur. Verùm pulvis ille nihil aliud est quàm  
,, atomi aurei, ob compactissimam sui unionem nihil operantes,  
,, & facilè in aurum reducibiles.

In Alchymia quoquè est paucissimi usus, ut ideò *gravius er-*  
*rent, qui ex ☉ri corpore metallico lapidem philosophorum contem-*  
*dunt, qui tamen ex radice potius metallorum est querendus.* Præ-  
parata ☉laria varia vulgo prostant, nulla tamen Medici expecta-  
tioni ac intentioni exactè satisfaciunt.

Tincturæ solares vulgares nihil aliud sunt quàm superfi-  
,, cialis corporis solaris in minimas particulas corrosiones, facile  
,, reducibiles. Ast verò ad veram & radicalem ☉ri solutionem  
,, nulla admittuntur menstrua corrosiva, sed insipida, qvalia an-  
,, duntur, in utramquè disputatur partem. Affirmativa videtur  
,, verior & experientià munita. *Sunt qui cum spiritu rois Maia-*  
*lis durissimam ☉ri compagem solvere tentant. Alii ex nive men-*  
*struam*



struum tale eruere conantur. Mejerus testatur Americanos menstruô quôdam insipido aurum ita mollificare, ut ceræ instar digitis tractari, eiqvè gemmæ inferi pro lubitu queant. Sic Laurenbergius contra Salam affirmat, se vidisse talem aquam inspidam in quâ aurum instar glaciæ in aqua calida liquefactum. Chymicum novi quendam cujusdam Archiepiscopi aquam albicantem inspidam habere, quâ aurum spatio 6. horarum in liqvore rubicundissimum in  $\Delta$  e non congelabilem solverit. *Dantur quoque men-*  
 » *strua insipida, sed non cuivis datur adire Corinthum, In præ-*  
 » *paratione medicamentorum solarium probè observandum, ut*  
 » *aurum quantum fieri possit purissimum & defecatissimum re-*  
 » *cipiatur, ne forsân ob adjunctam venerem nauseam, vomitus-*  
 » *que detestandos creet.*

Menstruum  
singulare Ame-  
ricanorum au-  
ro mollitiem  
concilians,

Quid in præ-  
paratione me-  
dicamentorû  
solarium ob-  
servandum,

*Purificatur aurum & à venere cum primis liberatur (1.)*  
*per saturnum, qui cum auro fusus adjuncta huic metalla aggreditur*  
*is què se saturare gestit, aurum verò intactum ad fundum dimittit.*

Purificatio  
Oris à reli-  
quis metallis.

(2.) *Per calcinationem cementatoriam, quandò laminæ so-*  
*lares cum ammoniaco, sale, &  $\phi$  io cum farina laterum ad fluorem*  
*impediendum mixtæ, stratificantur, igniqvè committuntur, sic hæc*  
*salia metalla ignobiliora rodunt aurò intactò. (3) Per Antimo-*  
*onium, cujus sulphur acidum omnia adjuncta metalla, maxime ipsam*  
*Lunam rodit & absorbet, ut postmodum aurum remaneat depura-*  
*tissimum. v. gr.  $\mathcal{R}$   $\odot$  p j.  $\delta$  ij p iij. mista fundantur in aceto,*  
*tandem adjiciturnitri p. j, limaturæ martis p. iij & apparebunt varij*  
*colores, qui dicuntur oculi perdicum: Post longam satis fusionem*  
*regulus remanebit in fundo Scoriæ istæ iterum fundendæ cum*  
*limatura martis, ut, cum quid reguli superfit, percipiatur. Regu-*  
*lum hõcmodò præparatum denuò fundunt  $\Delta$  e fortissimò, sic om-*  
*nè antimonium avolabit, remanente  $\odot$  rô purissimò. Hac de-*  
*puratio est optimâ, utpote quâ color auri summè exaltatur, cum con-*  
*tra fusionè cum saturno pallidior evadat.*

Fusio  $\odot$ ri  
per anti-  
monium ex  
omnibus de-  
purationibus  
 $\odot$ ri est opti-  
ma.

» *Vulgares auri solutiones menstruô corrosivò fieri solitæ,*  
 » *non nisi salis communis additionè peragi possunt. Si  $\odot$ rum*  
 » *cum Luna fundatur, tam plenaria atqvè intima horum metallo-*  
 » *rum sit compactio & commixtio, ut vix parem concipere possis.*

Aurum & Lu-  
na fusionè in-  
time se uniant.

*Separabatur vero Lunam ab auro: vel in aqua fortis, in aqua*  
*regis solvendo massam illam: Illa Lunam solvit, aurum verò di-*

Separatio Lu-  
næ ab auro.



mittit: Hæc Orum, intactâ lunâ. *Observari meretur, quod nisi Luna partes uij ☉ & ☽ pars i sumatur, aqua fortis massam non probe corrodat solvatq.*

**Auri soluti  
reducio.**

Aurum solutum inqve, menstruo sic hærens, in pristinum corpus reducitur vel per Mercurium, vel per alkalia, per hæc in specie cum spiritu urinæ vel oleo tartari præcipitatur, per mercurium verò reducitur, quatenus hic omnes auri atomos ad se trahit, & beneficiò amalgamatis in fundum secum rapit, igni verò admotus, in auras avolat, & aurum in fundo relinquit. *Solvit quoqve aurum spiritus salis concentratus, ut videre est apud Zwelferum, item spiritus nitri bezoardicus. Nec solum salia resoluta seu spiritus, sed maxime sicca salia & coagulata aurum solvunt, de quibus vide si lubet Zwelferū in mantissa.*

**Aurum sol-  
vitur quoque  
a sp: salis  
concentrato.  
Salia sicca  
solvunt quo-  
qve aurum.  
An salia vola-  
tilia urinosi  
habeant vim  
solvendi aurū  
C.C. auratum.**

*Quæritur, an salia volatilia urinosa habeant vim calcinandi & dissolvendi aurum.* Affirmatur cum limitatione, si scilicet aurum debitò modò fuerit calcinatum, tunc spiritus salis salè volatili urinoso imprægnatus optimè solvit Solem, quod maxime faciunt reliqua salia volatilia. Sic paratur C. C. solare opè salis volatilis C. C. si scilicet fiat l. f. f. cum laminis solaribus & C. C., sed ne adimpleatur crucibulum, quod in furno figulino reponitur, & eò usqve calcinatur, donec appareat color purpureus. In hæc calcinatione

**Ufus.**

„ sulphur volat: C. C. rodit solem in pulverem purpureum, me-  
„ dicamentum in febribus malignis & pestilentialibus in specie in  
„ purpura mulierum optimum.

**Aurum fulmi-  
nans.**

Ad has Calcinationes pertinet *Aurum fulminans*, scilicet solvitur aurum in aqua regis, & tatur cum oleo tartari per deliquium & aliquoties edulcoratur. *In hæc preparatione notanda quædam sunt enchirifes (1) solvatur aurum in aqua regis preparata cum ammoniaco (2) ut in præcipitatione cum oleo tartari probe attendatur punctum saturationis, hoc enim nisi fiat & plus debitò modo instilletur, vis fulminandi perit. Fundamentum virtutis hujus fulminantis consistit in sulphure Ori, ejusq, cum salibus alkalibus concursu, eademque est ratio quæ cum pulvere pyrio. Vide Tachænum.*

**Notanda in  
preparatione  
ejus.**

**Virtus fulmi-  
nans unde?  
Cur aurum  
fulminans  
versus superis  
ora non fulmi-  
net instar pul-  
veris pyri?**

*Quæritur, qui fiat? quod dum pulvis pyrius Δi admoveatur fulmen superiora versus emittat, contra verò aurum fulminans, deorsum ut plurimum fulminet. Dico ut plurimum, nam ex Willisi observatione constat, aurum sursum versus fulmen suum effrassse.*

Et hoc



R. hoc fieri propter gravitatem & pondus auri, quod verò pulvis pyritus sursum velius fulminet, hoc fit propter sulphur minerale nimis volatile inflammabile superiora petens. Contra aurum fulminans non est inflammabile, sed saltim incandescit, & proin solum fumum sursum, fulmen verò deorium cum impetu emittit. Patet id, si in cochleari aurum fulminans accendas, tunc pulvis flavus in cochlearis margine remanet, qui non potuit avolare. *Hic pulvis si intra corpus exhibeatur non edulcoratur, laxat, si verò optime edulcoretur sudorem pellit. Aurum hoc fulminans egregium est carminativum, tam in puerorum quam adultorum flatulentis. Vis fulminandi eidem admittitur per acida, imprimis per spiritum salis, sulphuris, item si R.  $\odot$  i fulminantis p. ij sulphuris commun: p. j, mista fundantur, tunc non fulminat, spiritus enim acidus in fulsione se exferens, impedit ne possit aurum fulmen suum emittere*

Ex auro fulminante & sulphure cicurato & spiritu vini digesto Poterius suum facit *Aurum diaphoreticum*. Ex hoc auro fulminante fiunt *flores auri purpurei* hōc modō. R. auri fulminantis q. v. affunde spiritum vini ab omni phlegmate depuratum, impone campanæ vitreæ, ut fieri solet in destillatione olei sulphuris: Sic accensō spiritu vini, fulmen, qui aliās inferiora petit, accendat, & sulphur simul aureum elevabit in flores, qui optimum sunt sudoriferum. Ex eodem  $\odot$  o fulminante per retortam quoque tubulatam parantur *flores*, si scilicet in retortam tubulatam probe in capella candefactam imponantur gr. ij  $\odot$  i fulminantis, sic fulminando elevabuntur flores, qui partim in recipiente amplo præposito, partim in retortæ collo colliguntur, idque repetitur tam diu, donec florum sufficiens quantitas collecta fuerit.

Ad volatilisationem auri facit ejus sublimatio. Aurum per se non sublimatur, cum butyro verò antimonii elevatur, supra alembicum. Sic quoque spiritus nitri bezoardicus aurum in altum vehit, item ammoniacum *trahit aurum in flores, qui denuo auro sunt miscendi, ut eō copiosiores & efficaciores acquiras flores*. Modum & enchiresin vide apud Zwelferum. Dantur quidam, qui cum spiritu fuliginis volunt aurum sublimare, sed res est altioris indaginis, nec cuivis obvia. Paracelsus *requisita vera tinctura auri* proponit duo (1.) Aurum debere ita fieri volatile ut nunquam postea sit reducibile (2.) ita volatilifatum debere cum spiritu vini mutari in aurum potabile. *Certum est, quod spiritus*

Ufus auri fulminantis.  
Modus adimendi vim fulminantem.

Aurum diaphoreticum  
Potitii.  
Flores auri purpurei.

Ufus florum auri.  
Alius modus parandi auri flores.

Sublimatio auri.

Requisita vera tinctura auri.



Modus optimus parandi crocum auri & aurum potabile Tinctura auri per salia corrosiva nullius sunt momenti.

2, ritus vini salé volatili urinoso vel cornucervi acuatus optimum sit menstruum pro solvendo extrahendoqve auro, aut parando croco solis, ex quo postmodum confici commode possit aurum potabile. Hôc modò D. Hagewald suam composuit tincturam Orem ex auro cum sulphure prius calcinatò.

Vulgares tincturae per salia corrosiva parvi sunt momenti, quia superficiales tantum sunt corporis solis corrosiones, quae reduci possunt, quæquæ ut plurimum feces alvi, facta scilicet coloris solaris præcipitatione, & à menstruo in intestinis separatione, nigerrimò tingat colorè. Quod si verò quis tam fortunatus existat, ut veram possideat tincturam Olarem, quaeritur, quomodo operetur? Certum est quod sit medicamentum analepticum seu virium restaurativum, anodynà facultatè vires suas exferens, vis enim irradiativa est imperceptibilis.

Quomodo vera auri tinctura operetur?

## CAP. VII.

## De Argento.

**A**rgentum alterum metallorum nobiliorum nobile respectu metallorum ignobiliorum, est ipsò tamen auro ignobilius.

Luna ex quibus conficitur. Cur luna sit minus fixa auro. Luna fixe color aureus facile potest conciliari.

2, Ratione principiorum argentum seu luna constat terrâ salinâ copiosâ & maturatâ, cui se associat mercurius minus copiosus & paucum sulphur. Ob horum principiorum minus proportionatam inter se mixtionem fit, ut luna minus sit fixa & indestructibilis. Quod si tamen figatur ita, ut  $\Delta$ is vehementiam sustineat, tunc facile tinctura  $\odot$ is eæ communicari potest, vel per venerem l. per martem. Nam in  $\Delta$ a semper aliquid  $\odot$ is reperitur.

Cause minoris ponderis quam auri.

Luna ad usum medicum prius est præparanda.

Separatio lunæ à venere.

Ob mercurialis principii inopiam minus fluida est, minus ponderosa quam aurum. Capiti dicata est  $\Delta$ na, & cerebro sympathetice responder, unde memoriæ debili, melancholiae, epilepsiae, & apoplexiae medetur. Crudum intra corpus assumptum argentum, vix ullius, est efficacia, sed potius continuò crudum rursus egeritur, quare necessum est ut ad usum Medicum præparetur. Cum verò sapissimè luna & venus combinata sint, necessum erit ut hæc duo probe prius ab invicem separentur, nisi ab usu lunarium medicamentorum enormes expectare velis vomitus.

Separatio illa  $\&$  is à  $\Delta$ na fit partim solvendo  $\Delta$ nam in aquâ forti,



ti, partim fundendo cum saturno. Priori modo aqua aggreditur venerem, & lunam ad fundum dimittit. Posteriori, saturnus metalla lunæ admista absorbet, ipsam verò lunam intactam ad fundum dimittit. Inter præparata lunaria se offert.

(I) *Calcinatio*, nunc fusoria, nunc cementatoria *Immersiva* calcinatio fit vel per spiritum nitri vel per aquam fortem. Per spiritum nitri bene rectificatum commodissime solvitur luna, sicut per spiritum salis aurum. Maxima autem inter spiritum nitri & salis intercedit necessitudo, ut si lunam in spiritu nitri rectificato solveris ea ab affuso spiritu salis detur ad fundum, diciturque luna *cornea*, quæ cornu instar deflagret, & in auras abeat. Contra solutio cum spiritu salis præcipitatur cum spiritu nitri in præparatione bezoardici mineralis. Luna cum spiritu nitri soluta concrevit in *crystallos*, magni usus in excitandis fonticulis, & gallis familiares cum primis, qui vocant lapidem infernalem. Rapiunt nempe Lunam, solvunt in spiritu nitri vel aquâ forti, post solutionem menstruum abstrahunt, residuum fundunt in crucibulo magnò, moderatò  $\Delta$  è, nam crystallos effervescent, in quâ effervescencia rumpitur crucibulum nisi amplum satis fuerit, undè gradus quoque  $\Delta$  is accuratè observandi, ut successivè fluere incipiant, quando fluunt infundunt in alvearium fusorium, sicque parata materia est pro fonticulis elegantè excitandis. *Profunt quoque tales crystallos Luna in ulceribus*  
 ,, putridis, in carne gangrænosâ succrescente, putredinem corrumpivam coercent, ne longius serpat. Vis eorum maxima dependet à spiritu nitri in Lunâ concentrato. Ex marte quoque & venere talis lapis infernalis parari potest. Simili ratione purgantes quoque crystallos ex luna præparantur, seu luna purgans. Solvitur scilicet luna in aqua forti vel cum spiritu nitri, solutio abstrahitur, inspissaturque successivè blandò  $\Delta$  è arenæ, instrumentò quodam agitando, ut æqualiter evaporet spiritus nitri. Hi crystallos si cuti applicantur, maculam ei imprimunt per aliquot hebdomatas perdurantem. *Crystallos tales cum mica panis in pilulis redacti ad gr. IV exhibiti, commodissime in hydropticorum educunt, præterea cachecticis & catarrhalibus affectibus convenient.* Frequentissimo in usu sunt Anglis & cum felici successu ab iis in ulum vocantur. Hoc tamen observandum, quod tonum laxent ventriculi, undè commodius hu pilulis miscentur martialia, quæ laxitatem & tonum ventriculi in integrum restituant. Crystallos hi sunt gryscii coloris.

Calcinatio lunæ.

Luna cornea quid?

Crystallos lunæ Ususque eorum.

Vis crystallo- rum lune unde? Lapis infernalis ex marte & venere. Crystallos lunæ purgantes.

Usus.

Color crystal- lorum lunæ.

Q2



Crystalli lunæ  
virescentes Tackij

*Singulares quoque sunt quos habet Fackius, viridis coloris ex luna, beneficio nitri artificialis ex calce viva & sale communi Mirum sanè hos viridi se ostendere colore, cum tamen omnia alia medicamenta lunaria sint coerulea.*

Cementatio  
lunæ seu subli-  
matio.

*Cementatoria Calcinatio fit, si luna cum duplo florum sulphuris mista septies justò  $\Delta$  is regimine sublimatur, sublimatum semper restanti materiæ addendo, ultimà verò vice sublimatum abjiciendo. In hac cementatione fit, ut acidum sulphuris lunam rodat, & quasi in corpus vitriolaceum transmutet. Huic affunditur  $\nabla$  cephalica in affectibus capitis, in specie pro cura maniacæ aqua hypericonis, in memoriæ debilitate  $\nabla$  sopherum Crollii, quæ ad cochlear j bis in die sumi potest non sine fructu. Dosis variat pro varietate ætatis, & copia menstrui.*

Tincturæ lu-  
næ omnes  
ex venere ma-  
gisquam luna  
sunt.

*Post calcinationes hæc sequuntur extractions, unde tinctura Dnars, quæ omnes eleganti colorè coeruleo intuentium sese oculis commendant. An verò hic coeruleus color sit à luna, an potius à venere, incertum. Posterius affirmaverim inductus intimà lunæ & venere conjunctione, & quia talis tincturæ lunares ut plurimum cum ammoniaco fieri soleant, quod venerem in coeruleum rodit colorem: Sic quoque ammoniaco, i. sal volatile urinæ in formâ siccâ ex luna coeruleum producit colorem, si scilicet sal volatile urinæ immittatur in pyxidem argenteam, sic fit, ut sal volatile urinæ argentum rodat in crocum quendam, qui spiritu vini extractus, dat tincturam lunæ non quidem veram, sed quæ solummodo est extractio partium lunarium corrosarum superficialis.*

Tincturæ lu-  
næ cum sale  
volatili urinæ.

Varie tinctu-  
ras lunæ pa-  
randi modi.

*Alii Recipiunt lunam cum aquaforti solutam, & cum spiritu vini ammoniaco acuto extrahunt tincturam coeruleam. Alii sublimatam extrahunt cum spiritu vini ammoniaco acuto, extractum inspissant ad justam tincturæ consistentiam. In hac extractione subinde fit, ut tinctura suam amittat colorem, qui eidem restitui potest beneficio ammoniaco. Omnes verò hujusmodi tincturæ superficiales tantum sunt corporis salini solutiones, quæ facile beneficio alkaliæ reduci possunt, unde vera tinctura tam Dares, quam Ores adhuc desiderantur.*

Omnes lunæ  
tincturæ sunt  
saltem superfi-  
ciales, & pos-  
sunt reduci in  
lunam.

## CAP. VIII.

## De Gemmis.

Ocea-



- Occasione metallorum accessum facio quoque ad gemmas, quarum unica virtus à principio sulphureo metallicò pendet. Constant verò gemmæ ex aqua simplicissima & depuratissima coagulata, vel aliò salè coagulante.

Sunt verò *gemma vel colorata, vel non colorata*, Non coloratae constant ex aqua simplicissima à salè simpliciter coagulata, id quod docet genesis glaciæ, quæ ex aqua simplicissima coit in gemmam glaciæ elegantissimam, ut nihil dicam de illo Helmontii, quo beneficio alkali cujusdam omnes gemmas & lapides potuit reducere in purissimam aquam elementarem. Talem quoque genesis esse credo lapidum reliquorum.

Particula comminuta pulverisatæque per microscopium intuenti apparent maxime perspicua instar crystallorum. Colorata colorem suum sortiuntur à principio metallicò, id quod patet, dum fluores tales seu vitra conjunguntur cum metallis, ex quibus in Δ è fufis emergit color varius, provario adjuncto, undè genesis coloratarum hanc puto esse: Dum aqua talis salina transit per loca metallica, in quibus residet ens primum metallorum sub forma liquida eidem resistit, illud absorbet & secum coagulat ramenta metallica colorata, undè exurgit color in gemma. Declarat hoc egregiè Keslerus in suis processibus, ubi ostendit modum præparandi artificiales gemmas, & exindè deducit colorem gemmarum naturalium ex propriò metallicò, undè rutilantes gemmæ, v. gr. rubinus, carbunculus, granatus colorem suum debent sulphuri solis. Saphirus colorem suum habet à luna, quæ in se continet colorem cæruleum. Gemmæ viridescens colorem acceptionum debent veneri, qualis est smaragdus. Gemmæ coloris fufci vel flavescens v. gr. gysolitus, Topasius, ex marte colorem suum nanciscuntur, & sic de coeteris.

Usus gemmarum Medicum quod attinet, variè torquentur gemmæ à pseudochemicis, ut ex iis volatilifatis tincturam eliciant. Quilibet jactat suam tincturam gemmarum, quod fatum maxime corallia experiuntur. Non equidem totaliter pernego tales gemmarum tincturas, sed dico summe difficiles eas esse, crudas gemmas intra corpus assumptas nihil operari, sed eadem quæ assumptæ formæ vel per vomitum, vel per alvum rejici certum est, excepto tamen crystallo ob molitiem suam, hic enim adhibitus, omne acidum, quod effervescentias in corpore suscitât, absorbet & secum e corpore educit,

Gemmarum virtus à sulphure metallicò est. Gemmæ ex quibus consistunt. Gemmarum non coloratarum origo & materia. Beneficium alkali singularis omnes gemmæ possunt reduci in purissimam aquam. Consideratio gemmarum per microscopium. Color gemmarum unde? Modus sciendi

Rutilantes quedam gemmæ colorem debent sulphuri solis. Quedam lunæ sulphuri. - veneris sulphuri. - martis sulphuri. Usus gemmarum Medicus quis? Gemmæ crudæ adhibite nihil operantur excepto crystallo. Virtus crystalli.



Levigatio  
gemmarum ri-  
dicula est.

*Ridicula est gemmarum super porphyritem levigatio: nam propter duritiem lapidum vel gemmarum abraditur simul aliquid de porphyrite vel mortario, hinc illæ lacrymæ, hinc illæ virtutes cordiales, quas facilius impetrabis miscendo cum gemmis arenam.*

Tincturæ gem-  
marum cum  
spiritu vini  
extractæ nil  
valent.

*Idem Iudicium esto de tinctura ex gemmis calcinati cum spiritu vini extracta, quæ certè virtutes aut nullas, aut paucissimas obtinet. Nam in gemmis omnibus paucissima est tinctura, & si quæ inest, ea tam intimè arctissimeq; coaluit cum principio salino gemmas coagulante, ut si non impossibile, certè difficilimum sit integram elicere tincturam. Nec tamen omni gemma defraudanda virtutè, utut internè adhibitæ parum ægrotis afferant solaminis. Experientia*

Externè non-  
nullis credun-  
tur præstare  
effectus opta-  
tos gemmæ  
adhibita.  
Saphiri virtus  
in carbunculis.

*„ quippè confirmatum est, eas externè amuleti instar non rarò optatos præstare effectus. Sic jaspis in hæmorrhagia tum narium tum uteri appensus, optatum tulisse vius est auxilium. Saphiro si ducatur circulus circa carbunculum pestilentialem, eundem brevi nigrefactum excidere facit, quò de vide Marcum Marci tractat: de Philosophia veterum restituta. Præterea ophthalmicus est saphirus in lippitudine alusq; oculorum affectibus conducibilis. Hinc multi quoq; usus est in variolis & morbillis, sicum eo ducatur circulus circa oculi  $\omega\epsilon\iota\Phi\epsilon\rho\lambda\alpha\upsilon$ , ne ledatur. Lapis nephriticus externè appensus multum prodest in calculosis affectibus. Vide Bauhinum tractatu de lapide nephritico. Undè apparet non esse de nihilo vim gemmarum amuletiæ, quæ à gemmis exoritur per radiativam quandam operationem*

Usus lapidis  
nephritici.

Undè vis ra-  
diativa exter-  
na in gemmis.

*Sed queritur, undè vis illa radiativa in gemmis. R. à sulphure metallico, à quo quoque gemmæ habent tincturam. Hoc sulphur metallorum purissimum multos adduxit, ut omni studio Tincturam gemmarum elicerent, quod tamen difficilimum (1) quia sulphur tingens gemmis inest paucissimum, ita, ut v. gr. granatus utut sit rubicundus latis, si pulverisetur, albicantem exhibeat pulverem. (2) ut ut quibusdam copiosum in suis sulphur, itud tamen a deò est coagulatum & concentratum, ut vix separari queat. Hinc apparet, quod omnes tinctura vulgares tantum sint superficiales, non verò totius essentielles solutiones, (3) Sic tinctura si quem exhibent colorem, eum menstruo debent, undè pro varietate menstruorum varios mentiuntur colores. (4) Aliæ quoque tincturæ impertiri possunt colorem, quod falso sulphuri metallico adscribitur. v. gr. tinctu-*


Tincturæ  
gemmarum  
maximè ex  
parte sunt à  
menstruo.



tinctura smaragdi ex smaragdo in mortario ferreo contuso cum spiritu extracta, mentitur colorem sulphuris metallici. Color enim vera est à particulis martis contundendò abralis, quæ cum spiritu vini spiritu urinæ imprægnatò extractæ, colorem viridem representant.

Sic quoque quidam tincturas gemmarum faciunt sublimando cum ammoniaco in flores subrubentes, quos extrahunt cum spiritu vini. Verùm utut aliqualis hoc apparet solutio, ammoniacum tamen radicaliter gemmarum sulphur extrahere nequit, sed superficialiter eadem tantum lambit, undè etiam hæ tinctura non magnam promittunt utilitatem.

Gemmarum  
tincturæ cum  
ammoniaco &  
spiritu vini  
an sint alicujus  
momenti.



## SECTIO II.

### DE VEGETABILIBUS.

#### CAP. I.

#### De Vino, Spiritu Vini, & Aceto.

IN regno vegetabili brevissimè ea solum pertractaturi sumus, quæ ad intelligenda principia Chimica sufficient.

Hòc autem in regno, facillè primam & potissimam considerationem meretur Vinum, undè ejus genesin ejusque producta & cognata & varias mutationes paulò uberius lubet perfrutari.

Vinum primarium est subiectum in regno vegetabili.

Quæ de vino ejusque productis variis acetò, tartaro, & spiritu vini jam dicemus, applicari & accommodari facillè tum ad reliqua vegetabilia, tum & cum primis ad liquores vinosos expressos, item mel ejusque spiritum poterunt, ut ita specialem singulorum tractationem hic insererè a proposito nostro planè foret alienum.

Est autem vinum nihil aliud quàm succus uvarum expressus, per fermentationem depuratus & exaltatus.

Vinum quid? Depuratio & exaltatio musti fit per fermentationem.

Depuratum  
dum



Causa fermenta-  
tionis in  
musto,

dum sub fermentationis actu deponit feces; Exaltatur, dum fermentando spiritualiscit & volatilifatur. Fermentatur autem mustum, dum concurrentibus invicem acido & alkali partes heterogeneæ excluduntur, miscibiles verò retinentur, undè fit musti in vinum generatio, ex mutatâ texturâ musti per fermentationem,

Concentratio  
musti & cere-  
visiarum  
Glauberi non  
procedit,

Obiter hic notanda *Concentratio musti, item quarundam cerevisiarum Glauberiana*, cujus scopus fuit, ut tales potus abstractione phlegmatis per navigia instar mellis in aliena loca possint transvehi, & ibidem affusâ aquâ rursus in pristinum transmutari potum. Verum *res non successit Glaubero*, sed massa talis dephlegmatâ in vermes abiit, nec fortè aliis item tentaturis succedet, dum enim phlegma musto vel cerevisiæ subtrahitur, particulæ reliquæ tam arctè invicem uniuntur, ut nullâ aquâ dissolvi invicem queant, undè non potuerunt quoque rursus fermentari, quia *salia non agunt nisi dissoluta*. Potius dicerem, *verus passus esse mustum concentratum*. Ex his quippe affusâ aquâ & saccharo componitur liquor vinosus per fermentationem vino hispanico non absimilis. Ex uvis passis cum succo pyrorum moschatellinorum mediante fermentatione exurgit *vinum compositum*, egregium ad corrigendam *δυσχρωσιν* massæ sanguineæ, utile in affectibus cachecticis. Sic & cum succo pomorum borsdorffianorum fit *vinum artificiale* in affectibus hypochondriacis & melancholicis proficuum. Ut verò ad mustum ejusque fermentationem revertamur, dictum antea, quod fermentatione particula musti volatilifentur & exaltentur in spiritum, undè patet differentia inter mustum & vinum.

Uvae passæ  
sunt mustum  
concentratum.  
Vinum hispani-  
cum artificiale.  
Vinum cache-  
cticum.

Vinum anti-  
hypochondri-  
acum,

Causa cur mu-  
stum facile  
causetur tor-  
mina ac dy-  
senterias, &  
cur non inebri-  
et tunc faci-  
le ac vinum

Mustum intra corpus assumptum ob particularum hetero-  
genarum pugnam facile diarrhæas, colerasque inducit, vinum  
verò hoc in non facit, sed assumptum inebriat ob spiritu vini,  
qui partim figit, partim in anomolos motus spiritus nostri cor-  
poris concitat, contra mustum copiose licet iugurritatum, tamen  
non inebriat, quia particulæ adhuc confusæ cū spiritu vini non-  
dum exaltatæ sunt.

Fex vini  
quid?  
Causa cur  
mustum inje-  
ctâ martis non  
fermentet?

Porro per fermentationem separantur quædam particulæ  
heterogeneæ & nonnihil miscibiles, undè fex vini,

Notatu quoque dignum, quod *in ethalimatura martis mu-  
stum non fermentet amplius*, cujus ratio esse videtur, quod particu-  
læ acidæ musti agant in corpus martis, illudque rodant, undè cum  
agant



agant in martem non congregiuntur cum particulis sibi contrariis vel alkalicis & ita fermentatio cessat.

Hoc modò non ineleqans martis essentia cum musto præparari potest.

Martis essentia cum musto. Ex vino que præparentur?

„ Aliàs anatome vini circa tria occupata est (1.) circa spiritum vini, (2.) circa terram tartaream fixam (3.) circa partem vini acidam seu acetum.

„ Spiritus vini est nihil aliud quàm sal volatile oleosum copiosò phlegmatè dilutum, seu est nihil aliud, quàm oleum fermentando ex altatum & in spiritum transmutatum. Nam oleum arripit secum sal volatile, hæcquè sub fermentationis actu volatilifata, exhibent spiritum. Hic spiritus ratione partis oleosæ continet in se acidum volatile, temperatum tamen ab oleofitate.

Spiritus vini quid?

Acidum hoc spiritus vini se manifestat, quando spiritus vini cum spiritu ammoniaci vel sale volatili urina confunditur coagulatur enim cum his in offam crassiusculam, quatenus sal volatile & si arripit acidum volatile in spiritus vini latens, & cum eo abit in crassamentum tale. Est itaq; spiritus vini sal volatile oleosum dissolutum, qualem spiritum omnia vegetabilia salè volatili prædita & aromaticum odorem spirantia mediante fermentatione in  $\Delta$ is examine exhibent, sed parum aut nihil olei, undè verum est illud Chemicorum assertum, quod spiritus inflammabiles volatiles sint olea fermentando dissoluta: Olea verò talia destillata sint salia volatilia ab acido pingujusculo concentrata, undè liquet, quod spiritus vini aliique sint novum ens per fermentationem productum ex vino vel aliis simplicibus, realitè jam differens ab illis, quibus antea uniebatur, adèd, ut detur nullus spiritus ardens per se existens, sed fiat demum ex quodam corpore mediante fermentatione.

Spiritus vini continet in se acidum volatile.

Experimentũ probans.

„ Spiritus vini probè rectificatus vulgo vocatur spiritus vini alcoholifatus. Est verò probè rectificatus si gutta superne in terram effusa eandem non attingit, sed in auras evanescit, item, si spiritus vini cum pulvere pyrio accensus totus deflagret, nec sui relinquit vestigium, ut & si linteum spiritus vini madefactum & accensum aridum planè & sine phlegmate relinquitur. Non verò confundendus est spiritus vini alcoholifatus cum spiritu vini tartarifato. Solet enim ut probè rectificetur & defecatus fiat abstrahi à sale tartari probè calcinato, quod sal phlegma (si quo adhuc cum spiritu vini conjunctum sit) retinet, & spiritus vini purissimum

Omnia vegetabilia odorem aromaticum spirantia mediante fermentatione in  $\Delta$ is examine exhibent spiritum ardentem.

„ Spiritus vini probè rectificatus vulgo vocatur spiritus vini alcoholifatus. Est verò probè rectificatus si gutta superne in terram effusa eandem non attingit, sed in auras evanescit, item, si spiritus vini cum pulvere pyrio accensus totus deflagret, nec sui relinquit vestigium, ut & si linteum spiritus vini madefactum & accensum aridum planè & sine phlegmate relinquitur. Non verò confundendus est spiritus vini alcoholifatus cum spiritu vini tartarifato. Solet enim ut probè rectificetur & defecatus fiat abstrahi à sale tartari probè calcinato, quod sal phlegma (si quo adhuc cum spiritu vini conjunctum sit) retinet, & spiritus vini purissimum

Olea destillata sunt salia volatilia ab acido concentrata.

Nullus datur spiritus ardens per se existens in concreto quoad formam, sed est productum novum per fermentationem.

„ Spiritus vini probè rectificatus vulgo vocatur spiritus vini alcoholifatus. Est verò probè rectificatus si gutta superne in terram effusa eandem non attingit, sed in auras evanescit, item, si spiritus vini cum pulvere pyrio accensus totus deflagret, nec sui relinquit vestigium, ut & si linteum spiritus vini madefactum & accensum aridum planè & sine phlegmate relinquitur. Non verò confundendus est spiritus vini alcoholifatus cum spiritu vini tartarifato. Solet enim ut probè rectificetur & defecatus fiat abstrahi à sale tartari probè calcinato, quod sal phlegma (si quo adhuc cum spiritu vini conjunctum sit) retinet, & spiritus vini purissimum

Spiritus vini alcoholifatus quid & eius nota.

Spiritus vini tartarifatus.

„ Spiritus vini probè rectificatus vulgo vocatur spiritus vini alcoholifatus. Est verò probè rectificatus si gutta superne in terram effusa eandem non attingit, sed in auras evanescit, item, si spiritus vini cum pulvere pyrio accensus totus deflagret, nec sui relinquit vestigium, ut & si linteum spiritus vini madefactum & accensum aridum planè & sine phlegmate relinquitur. Non verò confundendus est spiritus vini alcoholifatus cum spiritu vini tartarifato. Solet enim ut probè rectificetur & defecatus fiat abstrahi à sale tartari probè calcinato, quod sal phlegma (si quo adhuc cum spiritu vini conjunctum sit) retinet, & spiritus vini purissimum

„ Spiritus vini probè rectificatus vulgo vocatur spiritus vini alcoholifatus. Est verò probè rectificatus si gutta superne in terram effusa eandem non attingit, sed in auras evanescit, item, si spiritus vini cum pulvere pyrio accensus totus deflagret, nec sui relinquit vestigium, ut & si linteum spiritus vini madefactum & accensum aridum planè & sine phlegmate relinquitur. Non verò confundendus est spiritus vini alcoholifatus cum spiritu vini tartarifato. Solet enim ut probè rectificetur & defecatus fiat abstrahi à sale tartari probè calcinato, quod sal phlegma (si quo adhuc cum spiritu vini conjunctum sit) retinet, & spiritus vini purissimum

R

dimit-



dimittit, quin & intercedente digestionē spiritus vini particulas quasdam salis tartari secum rapit, sitque hoc modò efficacior & vocatur *Spiritus vini tartarisatus*. Est menstruum optimum pro extrahendis vegetabilium virtutibus longe spiritum vini preferendus.

Ufus spiritus  
vini tartarisati  
Spiritus vini  
ex fecibus vi-  
ni,

Spiritus vini  
sine  $\Delta$  e de-  
stillatus Para-  
celli, philoso-  
phicus dictus.

Acidum vini  
est basis vini,  
Acetum unde?  
Tartarus un-  
de?

Ufus vini Me-  
dicus.  
Duplex vino  
inest substau-  
tia,

Spiritus vini  
camphorati  
ufus.  
Spiritus vini  
ac vires,

Nimio spiritus  
vini usu figun-  
tur spiritus.

Per vesicam ex fecibus vini destillatur spiritus vini ob partes salinas volatiles, quas sic cum evehit, vulgari itidem est penetrantior adq̃ extractionem vegetabilium commodior. Nota est destillatio spiritus vini sine  $\Delta$  e Paracelsi, qui facit congelacere vinum in frigore, sic in medio reperitur spiritus vini simplicissimus, qui vocatur *Spiritus vini philosophicus vulgari longe preferendus*, vulgaris enim in destillatione facilè empyreuma contrahit, undè mutatur ejus textura; Spiritus vini verò Philosophicus per congelationem paratus multò purior & volatilior est.

Post spiritum vini considerata maximè venit altera vini pars nempe acida. Hoc acidum vini est basis & fundamentum totius concreti. Ab hoc acido fit, ut mustum alteretur in vinum. Ab hoc est, quod vinum mutetur in  $\Delta$  tum. Ab hoc acido dependet generatio tartari, adeò, ut hoc acidum subtile sit basis totius concreti, ejusq̃ beneficio varias vinum subit alterationes.

Usum Vini medicum quod spectat is certè nobilissimus & saluberrimus est. Cum verò duplex in vino sit substantia, una spirituosissima & volatilior, altera acida paulò fixior. Ratione partis spirituosae recreat spiritus, corporis nostri incolas, undè à nonnemine  $\odot$  rum vegetabile potabile salutatur. Paracelsus vocat vinum principem & nectar vegetabilium. Dein maximè ratione partis suae spirituosae insignem vim habet temperandi humores acidos in corpore stabulantes, uti videmus spiritus vini acidus, minerales spiritus conjunctione suà dulcificare.

Porro propter substantiam suam penetrant corruptivae, resistit putredini, undè in ulceribus putridis & ad gangrænam pronis, si cum theriaca vel aliis miscetur, insigne adfert levamen. Sic Spiritus vini camphoratus in partibus gangrænosissimis valde profest, item in doloribus podagricis insigne est mitigativum. Sic & spiritus vini, acidum resolvendo curat erysipelas, imprimis si cum rosbambuci mistus parti affectæ illinatur. Nimio autem ab usu vinum dissipat facultatem ut veteres loqui amant animum, quatenus figit spiritus, undè somnolentia post nimium vinum.

Ra-



„ Ratione partis acidæ vinum valdè gratum è stomacho,  
 „ affectibusq;vè stomachicis confert. Item ratione acidi conducit  
 „ in febribus ardentibus, in quibus tutissimè potest propinari.  
 „ Vulgo clamant vinum calefacere, sed quantulacunq;vè pars est vi-  
 „ ni quæ calefacit? *certum plus quandoq; prodesse in febribus conti-  
 „ nus quam intermittensibus, quam iulepi & alia operosa compositio-  
 „ nis medicamenta.* Sit tamen modus in rebus *abusu enim vini ni-  
 „ mio non levis corpori noxa imminet. Ex nimio vini ab usu oriundos*  
 „ vidimus calculos. Ab hoc acido immodicè ingesto arthritis pro-  
 „ ducitur, quatenus acidum vini continuò sui usu ventriculum debi-  
 „ litat, quò debilitatò elabatur ex primis viis atq;ve cum massa sang-  
 „ vinea ad partes nervosas sensilesq;vè translatum ibidem arthriticos  
 „ aliosq;vè, dolores inducit. Ab eòdem hoc acido dependet stu-  
 „ por membrorum, contractiones partium &c. nam *omne acidum ner-  
 „ vis est inimicum,*

Dixi supra, quod *acidum sit basis totius concreti,* & quod  
 hujus beneficio fiat *aceti generatio,* quod contingere puto, quando  
 in fermentatione vini partes salinæ volatiles exhalant, cum sensim  
 sensimq;vè ab acido vini subiguntur, seu *Acetum fit, quando acidum*  
*vini exalatum subjugat atq; figit partem propriam oleosam seu spiri-  
 „ tuosam, quâ subactâ fit acetum.* Non enim separatur ab aceto spi-  
 „ ritus vim sed tandem subjugatur & figitur, undè si in vase optimè  
 „ clauso deponitur debito vinum, fit aceti generatio, utut nihil spiri-  
 „ tus vini exhalare queat. *Ex aceto quoq; fit spiritus vini,* quod pa-  
 „ tet ex saccharo saturni. Item, si affundas acetum corallis fit ut dul-  
 „ cescat, quatenus ab iis concentratur acidum & pars volatilior e-  
 „ mergit.

*Quò generosius est vinum eò fortius acquiritur acetum,* sic, ut  
 fortius fiat acetum quidam addunt subjecta quædam sale volatili  
 copiosò prædita, ut semen sinapi erucæ, piperis, & exsurgit ace-  
 tum fortissimum.

Cum spiritus vini in aceti generatione ab acido fixatus sit,  
 in destillatione aceti primo prodit phlegma, subsequitur demum  
 spiritus. contraria fit in destillatione spiritus vini. Fit autem ace-  
 ti destillatio in MB unica vice, quò sæpius rectificatur, eò debili-  
 „ us evadit. Lento opus est  $\Delta$ e, ne spiritus empyreuma contra-  
 „ hat. *Acuatur acetum pro extractionibus armoniacò salè,* si scilicet  
 „ aceti  $\text{ss}$  iiii addas ammoniaci uncia  $\text{ss}$  & destilles, & sic fit *acetum*

R 2

acer-

Virtus vini  
 quod partes  
 acidas.

Noxa ex abusu  
 vini.

Omne acidum  
 nervis est ini-  
 micum.

Aceti genera-  
 tio quomodo  
 fiat.

Spiritus vini  
 in aceto adhuc  
 latet sed sup-  
 pressus & fi-  
 xatus.  
 Experimentu  
 probans.

Modus aceti  
 fortissimum  
 parandi vino.

Aceti destilla-  
 tio.

Acetum com-  
 positum.



errimum pro dissolvendis metallis & mineralibus quibusdam convenientissimum. Sic quoque si acetum abstrahitur à nitro & sale gemmæ, fit, ut acetum secum rapiat horum spiritus, & in virtute suâ insignitè exaltetur.

Acetum est acidum volatile.

*Acor aceti est volatilis, planè discrepans ab eis qui est in spiritibus acidis mineralibus, qui concentrantur cum soluto, idque valde constringunt: Contra aceti acor est volatili, penetrans & dissolvens, adeoque spiritus mineralibus acidis præferendum omnino acetum. Quod attinet usum Medicum aceti, est alexipharmacum optimum in peste, cui magis fidendum quàm iberiaca, undè tot prostant aceta bezoardica in peste maxime proficua. Corrigit acetum vegetabilium virulentiam, in specie opii & purgantium: Si quis excessivam opii dosin hauserit, post usum aceti in integrum evadet. Noxium gas carbonum aceti tollit usus.*

Usus medicus aceti.

Acetum corrigit vegetabilium virulentiam.

Noxa ex fumo carbonum.

Contracta corrigitur per acetum.

An acetum sit calidum an frigidum

Uius aceti.

Quæstio est superuacanea: An acetum sit calidum an frigidum? An cor stipticus aceti, item dum sanguinem coagulat acetum quidam refrigerare quodammodo probant, ast cum constet partibus spirituosissimis volatilibus inflammabilibus facile patet ejus sit naturæ. Prætera acetum in sanguine coagulato resolvendo percellere est remedium, imprimis si cum oc: 69 propinquetur, nam oc: 69, perlæ, corallia, commodissime propinantur cum aceto, quia hæc concreta talia quodammodo aperit, ut commodius operationem suam exerant. Sed & noxâ sua acetum non caret sine iudicio adhibitum propter acidum penetrans, item hypochondriaci propter acidum per se satis corrosivum nocet. Sic quoque hysterici minus convenire videtur, quia effervescens in illorum intestinis paroxysmos solet inducere hystericos

Acida & acetum hypochondriaci nocent & hysterici.

Tartarus est focus vini.

Restat in vinalogia ut videamus Tartarum, factum vini (effato Paracelsi) matrè nobiliorem, ejus generis optimè depi& im videmus apud Helmontium, tractat de tartaro vini. Dicitur aliquoties, quod acidum vini sit basis totius concreti. Hoc acidum uti vinosum dat esse, ita quoque eidem suum dat alterare. Nimirum acidum hoc dum fecem vini rodit, postmodum cum particulis solutis salinis sese coagulat, & suâ coagulationè ita partes fecum terrestres simul constringit, fitque ex horum unione tartarus vini.

Generatio tartari quomodo fiat?

Feces vini quomodo generantur.

Feces vini ut supra monitum generantur, dum beneficium fermentationis pars terrestris heterogenea ad fundum præcipitatur. Hæc tamen feces in totum non sunt feculentæ ac terrestres.



stres, sed habent sua principia salina, copiosum scilicet acidum & alkali, quæ in complexu suo detinent partes terrestres fixas & copiosas, satis volatilis spirituosas. Nam ex fecibus vini destillari potest spiritus ardens elegantissimus, item ex iisdem fecibus spiritus procedens acquiritur sal volatile in forma nivis, spiritus item volatissimus. Has feces vini dum rodit acidum vini, cum particulis illarum solutis coagulatur, in tartarum, vera namque hic regula est, quod omne acidum solvens corpora, cum iisdem coaguletur. In ambitu verò dolii concrescit tartarus duplici ex ratione (1.) quia vinum circa ambitum dolii est magis acidum, id quod patebit, si dolium vino repletum hybernò tempore exponatur frigori, tunc vinum in ambitu suo in glaciem conversum apparebit, spiritus vini verò à frigore ad medietatem pellitur, undè acor circa valis latera erit major quàm in medio. (2.) quia salia quando debent coagulari necesse est, habeant subiectum firmum, ad quod concrescant. Tale autem subiectum est lignum quernum, quò ut plurimum constanti vinarum.

Aliàs vox tartari tripliciter sumitur (1.) pro acido vini ab omni vino inseparabili nunc magis nunc minus fixo, quorumdam enim vinorum acidum transcendit alembicum & liquorem inspidum relinquit, uti fit in vino hispanico. Quorumdam autem vinorum acidum est fixius, concretum cum partibus terrestribus fixioribus, inde fit, ut dum partes volatiles avolant, fixiores calciformes relinquuntur in fundo, id quod patet in vino Jenensi, quod effusum in tabulam per noctem, manè monstrat tartarum in tabula, qui in vino fuit. Hoc acidum in vino se manifestat, si illi immittatur oxyum, apparebit vitreis quasi crystallis testam, quod fit, quatenus acidum vini rodendo testam ovi & imprimis ejus alkali, cum eo abigit in salium crystallinum.

Hinc quoque fit, quod oc 69 infusi vino, ejus omnem ferè adimant aciditatem, imbibendo scilicet acidum. (2.) Profecibus vini, de quibus supra. (3.) Propriè vocè tartari illud vini concretum salino crystallinum, quod dolus circa latera adhaeret, de quo hic.

Tartarus talis est vel ruber vel albus, prout est vel vini rubri vel albi foetus, ejusque tamen uterque virtutis & efficacia. Constat principiorum ratione ex copioso sale acido vinoso plus minus fixo, juncto cum sale urinoso vel alkali iisdem copioso, quibus duobus salibus intertextæ sunt partes terre fixæ, oleoque quodam omnes concre-

Feces vini non sunt inutilia corpora. Sal volatile ex fecibus vini.

Causa generationis tartari in ambitu doliorum Experimentum probans dicta.

Vox tartari quotupliciter sumatur. Vinorum quorundam acidum alembicum transcendit.

Vinum Jenense se multum continet tartari in se.

Oc 69 omnè vino adimant aciditatem.

Tartarus est vel ruber l. albus.

Tartarus albus & ruber ejusdem sunt virtutis.

Tartarus ex quibus constat.



*ii partes firmante & quasi ferruminante, undè patet, quid de tartari virtutibus in Medicina sit habendum: Cum enim constet ex acido, & alkali, na tamen, ut præpolleat acidum volatile, huius ratione erit optimum incisivum & absterisivum mucii, in stomacho & intestinis stabulantis.*

Pulvis laxans  
Ufus tartari.

Alvum laxat, in specie si drachmam s̄ cremoris tartari jungatur cum gr iij vel ij diagrydii. Hinc est, quod si cremor tartari post purgantia adhibeatur, commodissima eorum promoveatur operatio. Præterea insigne est diureticum, abstergens optimè tubolos renales.

In omni tartaro est pars terrestris & feculenta nociva,

Cœterum, cum in omni tartaro sit pars terrestris & feculenta, quæ à stomacho nostro digeri nequit, sed calcis instar infundo tartari & sublidet, preparandus est prius tartarus àque partibus terrestribus liberandus, quod fit per solutionem & iteratam coagulationem, ex quibus conlurgit cremor & crystalli tartari.

Crystalli tartari,  
Crystalli tartari sæpiò depuratione castrantur.

Quidam ut puriores acquirant crystallos, crebrius solvunt & coagulant, sed malè, nam quò sæpius solvitur, eo debiliores, nancisceris, semper enim aquea pars quædam volatilis acida remanet, & multum virium hoc modo decedit. Hòc ne fiat, unica solutio vel crystallisatio sufficit.

Crystalli tartari cum One parati, nullius sunt usus.

Alii ut acquirant majores & condiciores crystallos in solutionem immittunt parum aluminis, sed pessimò consiliò, quippe cum crystallos expetunt laxativos, acquirunt stypticos & adstrictorios.

Crystalli tartari salii.

Tartarus verò non in omnibus convenit affectibus, propter acorem quibusdam nocivum, In tali itaqvè casu adhibentur crystalli tales cum vitriole tartari fixo, aut fermentantur cum proprio sale, cujus fermentationis beneficio tartarus abit in crystallos salios, longè efficacissimos & magis fructuosos quam sunt crystalli acidi.

Ufus eorum.

In fermentatione enim ista crystalli proprio sale probè saturati sunt, indè abstergunt, inqvè affectu hypochondriaco, hydrope, cachexiis, scorbuto, multi sunt usus. Modum crystallificandi tartarum vide apud Zveferum in Mantissa.

Hepaticum rubrum Dresdense quid? & ejus usus.

Aliàs cum limatura martis tartarus conjunctus abit in crystallos in morbis chronicis efficacissimos. Prostant in officinis Cremor seu crystalli tartari rubicundi, hepaticum rubrum Dresdense dicti, qui valde conveniunt in astu æstivo tempore corrigendo, item in tertianis cum ardore multo, conjunctis & siticulosis. In crapula pellenda discutiendaq; multi quoq; sunt usus.

Tartarus, destillatus, dal spiritum & oleum.

Tartarus si destillatur apertò  $\Delta$ è, prodit spiritus phlegmaticus quem subsequitur oleum fætidum remanente in fundo retor-



retortæ caput mortuô nigrô, ex sale alkali & partibus terrestribus consistente.

Quæritur, cum tartarus sit naturæ acidioris ubinam in destillatione moncat acor? 12. quærendus illæ in oleo, cum tartarus ex alkali & acido constet, ex horum in igne concursu excitatur gas sylvestre, quod nisi exitum inueniat, omnia diffungit. Sub hoc concursu ambo concentrantur, & accedente corpore pingvi abeunt in oleum, id verò aucto  $\Delta$ e abit in sale alkali fixum. Spiritus ab oleo separandus, & postmodum aliquoties rectificandus est, ut tandem repetitâ rectificatione abeat in spiritum volatilem. Nec tamen hoc modò perfectè acquirere poteris spiritum, qui constet ex alkali ab omni acidò liberrimò, id enim altioris est indaginis, & Chemicorum sublimiorum exercet ingenium.

Quæritur, ubinam in destillatione tartari puri acidior moneat?

Quidam ut acquirant spiritum tartari volatilifatum rectificent spiritum tartari super caput mortuum proprium alii super calcem vivam: Quidam miscent cum alkali proprio & destillant, sic enim alkali fixum absorbet acidum in spiritu adhuc residuum, & prodit spiritus alkalicus purissimus, satis volatilis, qui ex arena destillari potest. Melior modus est, si tartarus crudus fermentetur cum sale proprio, undè si recte processeris, habebis spiritum volatilissimum, summarum in medicina virium.

Spiritus tartari volatilifatus.

Sal tartari cum calce vivâ  $\Delta$ e legitimo destillatus, dat spiritum egregium, sed paucum. Porrò vitriolum tartari cum One crudo vel tisto destillatus, exhibet spiritum volatilem urinolum, qui spiritus cum camphora est basis tincturæ bezoardicæ Paracelsi, quæ recipit spiritus tartaris volatil. part: iij. Spiritus vitreoli volat: p. j. Spiritus theriacalis comphorat p. iij. vel v.

Spiritus salis tartari.

Dum vulgares tincturæ bezoardicæ pharmacopœrum spiritus satis phlegmaticos recipiant, patet, quid de iis habendum, hic enim Paracellus spiritus volatiles recipit ac eligit.

Tinctura bezoardica Paracelsi.

Virtutes spiritus volatilis tartari tantæ sunt, ut verbis vix exprimi possint, cum enim constet alkali volatili urinoso, omnè acidum absorbet ac dulcificat, undè in affectibus hypochondriacis, aliisque salutare est remedium, acidum quippe nervos infestans & tendines pungens absorbet, corrigit, emendat, coagulationem in tophos impedit, internè assumptus vel externè applicatus. Ita nempe providò naturæ consiliò unum idemque & pestem minatur articulis, & salutem promittit.

Vires spiritus tartari volatilis.

Tar-



Non quodlibet  
volatile cuilibet  
acido ad-  
versatur.

Tartarus ex assumpto copiosius vino in stomacho cave  
cumulatur, & ex eo in alias corporis partes delatus, si partes of-  
fenderit nervosas, dolores excitat podagricos. Idem tartarus  
à vino in dolio separatus si debite præparetur, certâ experien-  
tiâ doloribus arthriticorum medetur. Nec enim quodlibet  
volatile cuilibet acido aduersatur, sed hoc alkali illi acido speci-  
ficè contrariatur. *Spiritus tartarei volatili* cum omne acidum fe-  
rè destruere credatur, in affectibus chronicis quibuscumque salutarem  
promittit operam, in specie & in malo hypochondriaco, parèsi ex  
colica, quæ in Moscovio est endemia, item in pleuritide, hydrope,  
quos affectus partim per urinam, partim per sudorem, cornu elimi-  
nando causam contingentem, curat.

Oleum tartari  
foetidum quid?  
Rectificatio  
optima olei &  
ejus usus.

Post spiritum in destillatione tartari prodit *oleum foetidum*,  
quod est alkali acidò pingvi concentratum. Hoc aliquoties super C.  
C. usum rectificando suo claritati redditum, summum est sudiferum  
cujus gutt ij vel iij in morbis malignis ubi sudor subindè diffi-  
culter promovetur, potentissime cum fructu movet sudorem, undè  
in colica quoque & hysterica passione est auxilii præsentis. Iti-  
dem in doloribus podagricis ut & in calculo renum externè adhi-  
bitum, maximè convenit. Bubones pestilenciales optime ab-  
stergit & curat. Sic si oleo tartari foetido spiritus vini affundatur,  
tetro squalori succedet odor rorismarino similis.

Oleum tartari  
compositum  
rorismarini  
referens sapo-  
rem.  
Salsi fixi tar-  
tari usus.

Superest adhuc ex destillatione tartari, ☉, nigri coloris  
& in eo latitans salsi fixum, quod omnium fixorum princeps existit  
& dominus, singulares tam in Medicina quàm Alchymia præstans  
effectus. Menstruorum egregiè intendit virtutem, si cum spiritu  
vini seu cum menstruo  $\nabla$ olo solvatur, undè in decoctis & infusis  
purgantibus in specie operationem accelerat & faciliat. Deindè  
est summum diureticum & diaphoreticum, in febribus apprimè con-  
ducibile. Inter cosmetica faciliè primum locum occupat, serpigini-  
bus, varis, pustulis, guttæ rosaceæ, egregiè medetur. In scabie  
unguentum de cerussa cum oleo tartari per deliquium est expertis-  
simum.

Unguentum  
expertum con-  
tra scabiem.

In Alchymia est optimum menstruum pro solvendis ferè  
omnibus mineralibus, eorumque sulphure extrahendo. Optimè  
quoque convenit in resuscitandis metallis eorumque & elaboran-  
do, unde dicitur sal resuscitativum.

Terra foliata  
tartari quid?

Ex hoc sale tartari cum acido volatili  $\ddagger$ ti elaboratur ter-



ra foliata tartari, quæ nihil est aliudquàm tartarus regeneratus.  
 Ex hac terra foliata idem paritèr ac ex tartaro produci potest  
 spiritus, oleum, & sal fixum. Idem quippè spiritus est in vino  
 & aceto. Terra hæc foliata cum spiritu ammoniaci optimum  
 est remedium in malo hypochondriaco, scorbuto, affectibus uri-  
 næ, morbisquè virginum. Vide Schwalb de acido & alkali  
 P. 131.

Cœteram sublimiores Chimici non contenti salè tartari  
 fixò, sed suum dirigunt studium ut sal tartari fixum volatilifent.  
 Aliud verò est sal volatile ex fecibus vini, & aliud sal tartari volati-  
 lifatum. Hoc anxie querunt Chimici, quia Helmontius dicit,  
 quod ejusmodi sal fixum volatilifatum sit loco mensuræ univer-  
 salis in alchimia, item quod remedium sit penetrantissimum, us-  
 què ad limen quartæ digestionis (quam in arteriis Helmontius  
 collocat) penetrans visua sapanaria, omnes totius corporis sordes  
 abstergens, & illud purificans. Modi volatilifandi instituun-  
 tur varii: Sunt qui cum aceto volatilifare tentant, ut sit cum tar-  
 tari terra foliata. Alii cum spiritu vini per repetitas digestiones  
 & cohobationes, uti fit balsamus samech Paracelsi, sed spiritus vini  
 est in sufficiens. Sunt qui cum oleo tartari foetido periculum faci-  
 unt, secundum Helmontium, sed nec hoc procedit. Alii volatilifa-  
 tionem salis tartari fixi cum aere tentant, qui modus multum habet in  
 recessu. Risum verò meretur Zwelferus, qui in cella liquefacit  
 sal tartari, putatquè, hòc modò cum sale quod est in aere conjun-  
 ctum volatilifari, sed frustra: Nam sal sulphuri in eorum alteratus  
 liquefendo quippe attrahit sal aeris acidum volatile. Quod  
 vero sal sulphuri attrahat acidum aeris probatur exinde, quod in  
 aere solutus cum novo sale tartari effervescat.

Ex sale tartari fixo cum spiritu vini rectificato quidam ex-  
 trahunt tincturam tartari, sed inconsulte. Nam in  $\Delta$ e sal tartari  
 transmutatur in corpus calciforme rubrum, quod affusò spiritu vi-  
 ni facillè largitur tincturam rubram: Ea autem tinctura non est à  
 sale tartari, sed à partibus sulphureo-terrestribus. Quodsi tamen  
 velis parare talem ex sale tartari tincturam, ea cum spiritu vini phleg-  
 matico extrahenda, sicquè adhuc aliquas merebitur laudes.

Usus ejus.

Vireus & usus  
salis tartari  
volatilifati.Modus vola-  
tilifandi sal  
tartari.Sal tartari aci-  
dum aeris li-  
quefendo at-  
trahit.Tinctura tar-  
tari cum spiri-  
tu vini sum-  
me rectificato  
est nullius u-  
sus,  
Tinctura tar-  
tari paranda  
est cum spiri-  
tu vini phleg-  
matico.



## De Herbis eorumque virtutibus.

**P**ergo jam ad reliqua vegetabilia eorumque crases atque virtutes, quantum quidem propositi ratio permiserit perlustraturus. Vulgò per calidum, frigidum, humidum, siccumque plantarum qualitates exprimentur, ac si per gustum v. gr: per saporem mordentem varius caloris gradus dignosci possit. *Chimici verò commodius simplicium qualitates variis saluum mitionibus adscribunt.* Ita, quando Galenici ea quæ acria sunt dicunt esse calida, Chimici dicunt constare salè volatili acri.

Qualitates herbarum optime ex sapore dijudicantur. An in vegetabilibus ante incinerationem detur sal fixum & quomodo fiat sal fixum.

Ligna putrida nullum dat sal fixum, causa.

Herbæ vel ligna recentia plus salis exhibent quam arida.

Omnes plantæ ad 5 classes redigi possunt. Plantæ aquose & insipidae ex quibus consistunt? Vites carum,

An aquæ ex herbis destillate sint alicujus efficacie?

Quæritur, an in vegetabilibus ante incinerationem detur sal fixum? R. cum Schwalb: de acido & alkali p. 121. *Fixum reverà in nullo vegetabili sal est, sed fit demum per incinerationem. Dum vegetabile destillatur unionis vinculum solvitur, & tum demum acidum & alkali arctiori copula & promptiori mutuâ actione jungi possunt, Exurente Δ è ambo fixantur in cinere, & sub eo in sal fixum transmutantur. Ligna putrida nullum vegetabilia arefacta in aere non ita copiosum dant sal fixum, quia sal volatile acidum & alkali avolat, aut in totum, aut ex parte, ante incinerationem. Si recentia exusseris plus salis provenit superstitibus pugilibus. Nihil salis fixi præfuisse in ligno priusquam computruerat exindè evincitur, quod aliàs remansisset. Si Δ nimirum usserit, alkali meracius exsurgit, si liquefactivo urgeat Δ è, exuberat alkali acidò abastò. Ut verò ordinè procedamus, & paucis multa dicamus, plantas omnes in V. distribuemus Classes.*

*Classis I. continet plantas Aquosas & ferè inspidas, quales sunt portulaca, semper vivum, lactuca, endivia &c. Omnes ejusmodi plantæ constant salè volatili temperatò vel occultò, ratione cujus refrigerare dicuntur, quatenus scilicet phlogoses inflammationes ex acido sopiunt. Plantarum harum occultum alkali indè patescit, quia essentia earum saturnum in aceto destillato solutum præcipitant, dum nimirum alkali refrigerantium talium herbarum secum acido menstruo conjungit, & ita saturnum solutum ex poris menstrui præcipitat.*

Prostant in officinis ex plantis his terræ destillatæ & succi inspissati. Quæritur, an Aquæ plantarum destillatæ sint alicujus efficacie? R. Helmontius nudos vocat herbarum sudores, quibus pauca



pauca in sit virtus medica. Id quod verum est de insipidis & inodoris, illa autem quæ odorē & sapore simplex suum referunt, omnino alicuius sunt virtutis, quales sunt quæ per digestionem repetitas quæ cohobationes præparantur, reliquæ verò nullum sunt valoris.

*Classis II.* comprehendit Plantas Aquosas sed acidas, quales sunt omnes species acetosa, acetosellæ, & omnes aliæ quæ acidum habent saporem, quarum acidum tamen ab alkali occulto continetur. Hæ plantæ Aquas dant, sed inertes. Melius earum succi in usum vocantur, imprimis succus acetosa rubeus, & gratum habent saporem. Plantæ hæ pergratæ sunt stomacho, & in febribus ardentibus temperando bilis æsum, valdoperè profunt. Succus plantarum harum inspissatus dat verum tartarum seu sal essenziale crystallinum, ejusdem ferè saporis & figuræ qualis est tartarus vini.

Aquæ ex plantis aqvosis acidis nullius sunt usus.

Usus plantarum harum,

*Classis III.* eas exhibet Plantas, quæ sunt saporis Amari citra odorem. Tales in recessu habent sal subtile, de natura alkalinum vel nitrosum, quales sunt cichorium, carduus benedictus, carduus maria, lupulus, fumaria, centaur: minus, taraxic: &c. Ex eorum quoque succis parari, potest sal essenziale per coagulationem & inspissationem, quod per lixivium depuratum concrevit in sal inflammabile, undè rationè nitri plantæ hæ erunt abstersivæ, diureticiæ & sudoriferæ virtutis, convenientes in affectibus chronicis, dum sordes abstergunt & crases massæ sanguineæ restituunt. Ex his commodè parant decocta, utpotè quibus promptè virtutes suas communicant. Item in nodulis alterativis, diureticis &c. felici adhibentur cum successu.

Plantæ amaræ citra odorem ex quibus consistunt.

Vires earum.

*Classis IV.* ostendit Plantas acres & penetrantes, constantes salè volatili admodum acri ut sunt nasturtium, cochlearia, sinapi, armoracia, raphanus, eruca, piper &c. Vulgo hæ plantæ dicuntur scorbuticæ, & adhibentur ad corrigendum in corpore acidum. V. gr. in malo hypochondriaco, cachexiis &c. Aqua harum plantarum in destillatione secum rapiunt aliquid de salè volatili acri, cujus ratione alicujus omnino erunt efficacis. Per fermentationem hæ plantæ dant spiritum, qui verò in simplicibus ante fermentationem re ipsa non existerat, sed fit demum artis operâ per fermentationem, quatenus particula salinæ junctæ oleosis volatilisantur, & ulteriori fermentationis opè abeunt in spiritum.

Plantæ acres & penetrantes ex quibus consistunt.

Usus earum.

Q, an tales plantæ salè volatili copiosò præditæ pro eliciendo spiritui sint fermentanda? R, qui negant, dicunt, quod in fermentatione

An plantæ tales scorbuticæ pro eliciendo spiritui sint fermentandæ.



tione salium plantarum minimum salis volatilis reclusi exhalet, in quò tamen totius plantæ energia consistit. Nam scorbuticæ plantæ, dum fermentantur, earum odor ad aliquot æres potest percipi, propter salia volatilia copiosè exhalantia. Qui affirmant, dicunt, quod fermentatione optimè recludantur mixta & volatilifentur ea quæ antea fuerunt fixa, quod verò sub fermentatione ista exhalat paucum est, & vix consideratione dignum. Accedit, quod salia ista tam firmitèr invicem sint connexa, ut vix ac ne vix quidem avolare queant. Ita spiritus choleariæ per fermentationem paratus est acerrimus, acrior longè illò, qui fit per abstractionem. Sunt tamen qui dictas herbas destillant, destillatum à novis herbis abstrahendo, relictas species fermentando egr. gium acquirunt spiritum.

*Classis V. affert plantas odoratas & aromaticas, quales sunt salvia, rosmarinus, pulegium, thymus, serpillum, levisticum, angelica, sem: anisi, fœniculi, cumini. Constant hæ plantæ sale volat: Oleosò, & dant destillatæ ∇ in cui oleum supernatat, in quò vis plantæ concentratum existit. Sal fixum in capite mortuo remanet. Plantæ hæ fermentatæ, quoq; spiritum exhibent, sed præstat oleum ex his elicere, quia in his virtus plantæ minùs est alterata. Sunt verò hæ plantæ quoad virtutes cephalicæ, stomachicæ, nervinæ, uterinæ, cordiales, undè omnes aquas apoplecticas epilepticasq; baleos loco ingrediuntur, propter sal volatile aromaticum per spiritum vini elevatum, partibus nervosis apprimè conducibile. Ratione virtutis oleosæ, conducunt in affectibus flatulentis, quia impediunt fermentationem præter naturalem indeque abortes flatus.*

Plantæ odoratæ & aromaticæ ex quibus consistunt, Ex plantis aromaticis oleum est optimum elicere, Vires earum plantarum. Oleosa flatibus medicantur.

## CAP. III.

## De Floribus.

Omnes flores in 3 divid. possunt classes.

Post herbas sequuntur flores, qui in tres classes distribui possunt. *Classis I. continet flores modores ut sunt flores nymphææ, antirrhini, aquileg: cisan: &c: Hi flores inodorati dant aquam, sed inertem. Post aquam exhibent succum inspissandum, qui non semper rejiciendus.*

*Classis II. habet flores odoratos, sed tantum superficietenus v. gr: Flor, lilior: convallium, rofarum, violarum, jasmini, hyacinthi*



thi &c: quorum odor facile dissipatur. Olei ex his per distillationem odorati vel parum, vel nihila quiritur. Ergo si quid odorati habere velis, necessum est, ut per infusionem id tentes. V. gr: ex floribus Jasmini fiat s s s. cum oleo been, sic hoc oleum imbuetur fragrantia florum. Olea hujusmodi majoris sunt in coimeticis quam medicinam momenti.

Classis III. odoratos aromaticosque prodit flores, quorum vis est concentrata, ut sunt lavendula, thymus, s rpsilum. Flores hi ejusdem cum plantis aromaticis suat virtutis, scilicet nervinae. Destillari ex iis potest oleum cum spiritu vini dant verum spiritum vini aromaticum.

Ocum jasmini.

Spiritus vini aromaticus ex floribus aromaticis.

## CAP. IV.

## De Lignis.

Post flores considerationem merentur Ligna. Hæc omnia ejusdem ferè sunt naturæ, & sub  $\Delta$ is tortura exhibent (1.) aquam simplicem, (2.) spiritum acidum. (3.) oleum crassum foetidum empyreumaticum (4.) in capite mortuo sal fixum cum terra nigra.

Spiritus lignorum constat ex acidò & spiritu volatili ardente, si enim tum cor lliis aliisque corporibus fixis terre is affundas, tunc hæc arripiunt & detinent secum acidum spiritum, & in distillatione dimittunt spiritum ardentem volatilem, qualis ferè est spiritus vini Spiritus lignorum egregium præbent sudoriferum

Dosis à drachma s ad drachmam j Nam in hoc, omnia penè conveniunt ligna, quod sudorem moveant, seu decoquantur, seu ex iis paretur essentia aut spiritus. In affectibus cutaneis & cathartalibus essentia lignorum multum valet.

Ligna omnia ejusdem sunt ferè naturæ inter se.

Ex lignis fit spiritus, oleum aqua simplex & sal fixum.

Spiritus lignorum ex quibus constat? Vires sp: lignorum.

Virtutes essentiarum ex lignis.

Post spiritum ligna dant oleum, quod est sudoriferum potentissimum, multi usus in bubonibus pestilentialibus, ulceribus, lue & similibus.

Virtus oleorū ex lignis.

Ex lignis procedit Fuligo, qui nihil est aliud quam spiritus acidus ex lignis avolans, compositus, ex acido volatili & sale volatili urinoso. Eadem dat producta quæ ligna, ex quibus productis fuligo. scilicet (1) phlegma (2) spiritum (3) sal volatile, (4) oleum, (5) caput mortuum. Spiritus fuliginis movet sudorem & est antipleuriticum optimum ad drachmam j exhibetur

Externæ unā cum em-

Fuligo quid?

Ex fuligine fit  $\nabla$ , sp. sal volatile, oleum & sal fixum.

Ulus spiritus fuliginis.



Emplastrum  
in febribus ad  
pulsus.

emplastro ex therebinthina & fuligine egregiè convenit in febribus chronicis, pulsibus applicatus. Item in ulceribus cancrofis ratione lalis volatilis optimi est usus.

## CAP. V.

## De Seminibus.

Semina quatuor-  
plicia.  
Omnia semina  
ad 3 redigi  
possunt classes.

Restant denique in Regno Vegetabili consideranda *Semina*, quarum alia *Nutritiva*, alia *alterativa seu Medica*. Illa sunt *temperata*, hæc vel in sapore vel odore *excedunt*. Commodè verò *semina omnia ad tres revocari possunt Classes*.

Semina carmi-  
nativa ex qui-  
bus consistit:

*Classis I. consistet Semina, que tum sapore tum & potissimum odore excedunt, suntque Carminativa, que constant sale volatili oleoso, ut semen anisi, fœniculi, carvi, cumini.* Sal hoc oleosum volatile interdum per vesicam destillando elicitur, interdum exprimi potest, & ab hoc sale volatili oleoso vis carminativa dependet, unde hæc semina infusa in vino, optime status in corpore dispellunt. Nervina quoque sunt, & convulsionibus, vulgò in corpore halitibus acribus ascendentibus adscriptis medentur.

Vires eorum

Semina acio-  
ria ex quibus  
consistit:

*Classis II. In hæc ponuntur semina in sapore quàm maximè excedentia & gustu acerrima, ut sunt sem: sinapi, cochleariæ, piperis.* Hæc gaudent sale volatili acri, copioso, acido paucò tamen ad huc juncto, unde in scorbuto, ubi dominatur acidum illud rancidum vitiosum, valdè conducunt. Ex se nulla dant præparata, nisi quod fermentando exhibeant spiritum.

Semina tem-  
peratorum vir-  
tus in quo  
consistat eo-  
rumque usus.

*Classis III. In hæc se offerunt semina temperata, & sunt potissimum nutritiva, que in se habent mucilaginem, quandam, in qua vis nutritiva residet.* Ista mucilago nunc magis est aquosa, ut in semine petroselini: sænugræci, sem: 4. frigidis majoribus & minoribus, nunc magis oleosa, ut in semine linis amygd: dulcibus &c.

Ex seminibus his exprimitur oleum. Et talia semina possunt subtilisari seu volatilisari ut exhibeant spiritum, qui in potu inebriativo ex hordeo vel tritico evadit manifestus. Quin ex vis beneficio fermentationis elicitur spiritus ardens inflammabilis, & insigniter inebriativa.

Ex seminibus hisce nutritivis componitur panis, quando scilicet illorum principia fermentativa in volatilisando impediuntur, & acida fixa unà cum reliquis particulis coguntur in massam illam vulgò notam scilicet panem.

Panis



*Panis preparatio in legitimâ cumprimis consistit fermenta-  
 tione, quâ adjectione fermenti acidi volatilis farinae auferitur vi-  
 sciditas, & resolutæ partes, salinæ & sulphureæ quædam aliârû par-  
 ticularum implexu aliquantispèr se extricant, fermentando vola-  
 tilifantur, & in spiritum volatilem ardentem transmutantur. An-  
 tequam verò totæ hõcmodò volatilitatæ, elibano imposita massa  
 torretur, undè pars volatilisatorum salium in spiritu avolat, suavitè  
 odorè omnia replens, quibusvis perlarum aquis in virtute con-  
 fortativa præferenda. vid. Becher in Physic: subterranea, mo-  
 dum colligendi docet Kircherus de fermentatione l. 3. p. 181.  
 cap. 1. Pars verò altera salium, nondum perfectè volatilisata,  
 impeditò fermentationis per exsiccationem motu, à reliquis parti-  
 culis implicata detinetur, facile tamen Vulcanò in spiritum subacti-  
 dum volatilem per retortam separanda, à quâ subtilis panis acidi-  
 tas dependet. vide Hipp Chimicum Ethmulleri cap. 3. §. 4.*

Panificationis  
fundamentum

Virtutes spiri-  
tus panis.  
Modus colligendi spiri-  
tum panis.

Et hæc sunt virtutes vegetabilium generales, prout quæ-  
 dam horum sunt aromatica, alia acida, alia absterfiva. Hæc ta-  
 men virtutes non confundendæ cum specificis cuilibet vegetabilis  
 virtutè, quæ in totius massâ consistit, & fundata est. Sic multæ  
 plantæ in sapore acri conveniunt, quæ tamen ratione specificæ & indi-  
 vidualis suæ virtutis experientiâ testè differunt. Ita absythium &  
 centaarium minus utraqvè amara sunt, in eò tamen differunt, quod  
 illud languentem consoletur stomachum, hoc specificè febribus ad-  
 versetur.

Specificæ vir-  
tutis cujusqvè  
vegetabilis in  
quò consistat.

Quod de plantis dicitur, id quoqvè de omnibus earum  
 partibus verum est. Sic flores liliorum convallium epilepsiam  
 curant, paralyseos & antheros paralyfin fugant, crocus mensibus scæ-  
 mellarum dicatus observatur. Ligna omnia in eò conveniunt, quod  
 fudorem movent, quoad specificorum verò facultatem, lignum  
 buxi est summum anodynum, corylinum, antiepilepticum, sassa-  
 fras anticatarrhale, quajacum antivenerum. Semina anisi, fœniculi,  
 erucæ, sinapi in sapore quodammodò conveniunt, specificâ verò  
 virtutè semen sinapi stomacho, erucæ, asthmatis, anisi flatuentis affe-  
 ctibus, fœniculi oculis succurrunt.

Virtus ligni  
buxi.

CAP. VI.

De correctione vegetabilium quorundam  
 malignorum Chimica.

Qui



Cruda præparati-  
onis medi-  
camentorum?

Quod attinet salium quorundam vegetabilium malignorum præparationem sive correctionem chymicam, quæ non tam in regno vegetabili sed maximè in minerali, in specie metallorum republica locum habet, horum *cruda malignitas impediunt sive tollitur legitima præparatione.* Eum autem in finem præparamus *crudiora simplicia, ut eorum évaporata per totum concretum dispersa concentretur, ut ita vis unita fortior fiat, & hæc est præparatio.*

Correctio medicamentorum vera in quò consistat?

Quod attinet medicamentorum correctionem, correctionem dico, non castrationem, *quia interdum & nomine correctionis remedia castrantur potius, quàm corriguntur.* Deinde eligo correctionem veram, non verò palliativam.

Correctio purgantium a omnia non tollit malignitatem purgantium.

Vera consistit in ea, ut sublata virtute noxiæ aut virulentæ, *tâ, vis medicamenti gemina maneat illibata atque salva.* Notum alias est, quod correctionis ergo purgantibus misceantur aromata vilidioribus e. g. Scammonio, Jecloaria, Turbith, Mastich & Zinziber, Colocynthidi cuminum, Euphorbio, amygdala & crocus &c. Gialappa cum foeniculo, *quæ tamen correctio per aromata est palliativa, sive non tollit malignitatem venenosam simplicia, sed ejus noxam sedat, de verâ nobis potius agendum est correctio-  
ne, quâ in genere summopere indigent purgantia quædam, ut & opiatia & narcotica nonnulla ex se maligna, nam de Napello aliisquæ in specie tacebo.*

Purgantia sunt virulenta,

*Purgantia esse virulenta eorum operationes loquuntur, cum, postquam quis usus fuerit validioribus, is, qui erat sanus lætusque redditur tristicus, interiora abdominis dolent, genua tremunt, ut nihil dicam de aliis truculentis symptomatis dum Helleborus convulsiones, gialapa læthales hypercatharces, maxima tormina, colicæ, quæ in Epilepsiam terminantem, hystericam non rarò excitantia passionem inducit. Simili effectu se produnt opiatia, Hypnotica & narcotica, maniacos morbos & stupefactionis inducentia. Sic opium incorrektum somnia inducit truculenta, idquæ non tam opio, sed de omnibus simplicibus narcoticis, hyescyamo, solano, papavere, verum est. Quod attinet scammonium, longe aliud hoc nostrum est à veterum scammonio, quò dioscorides usus est.*

Opium non correctum noxiis corpori causatur?

Scammonium veterum quid?

Scammonium nostrate quid?

*Veterum enim Scammonium erat succus ex radice benè maturata & excavata collectus, remedium mite & blandum, utpotè quod ad drachmâ sine periculo teste Mesue dabatur, quod de nostro dici non potest, colligebatur in Syria. Nostrum verò Scammonium*

monium



monium est succus lactescens Tihymali cujusdam inspissatus & congelatus, non ex radice petitus, sed extota planta expressus. Purgans est admodum generosum & validum, quod cum impetu & non sine violentia expurgat humores tam sanos quam ægros.

Notum est, quod omnes Tihymali succo gaudeant caustico quod maximè de scammonio verum apparet, hujus enim succus fundatur in salè quodam volatili admodum acri, hoc sal causticum fermentando tam sanos quam ægros evacuat, initandoqvè intestina, tormina & hypercattarles inducit subinde lethales, quare correctio- nē opus habet. Correctio autem per aromata parum aut nihil valet.

Usitatisimè corriguntur per acida mineralia, quæ talia acida non tam destruant sal illud acie purgans scammonii, sed & omni emergiâ castrant & spoliant, id quod de omnibus purgantibus ferè valet. Vegetabilia purgantia plus minus virtutè sua eximuntur v: g: Helleborus per spiritum salis aut phlegmâ salis suâ privatur efficacîâ.

Sic quoqvè Gummi gutta, item esula scammonio vicina per acida (in specie per sp sulphuris) orbantur virtutè purgantè.

Facit huc Scammonium sulphuratum, quod mitigatur quidem quoad virulentiam suam, sed non sine virtutis suæ purgatricis castratione. Fundamentum in eo est, quod sulphur in igne reverberii in censum emittat suum spiritum, qui se insinuat in scammonium ejusque sal volatile temperat & successivè prorsus destruit. Prout verò plus vel minus sulphuratum scammonium, maxime plus vel minus retinet de sua vi purgante. Hinc nota, ne in præparatione scammonium liquecat, dum enim liquecit, fumus sulphuris se insinuare nequit in ejus substantiam, undè in eadem vehementiâ subsistit: potius pulverisandum est, ut leniter se insinuet, & ita ejus virulentia quodammodo corrigatur.

Simili censura dignum est magisterium scammonii per acida præparatum, quando sc. scammonio pulverisato affundunt spiritum salis rectificatum solvunt, extrahunt, & extractum præcipitant c. oleo tartari per deliquè, hujus enim Magisterii dosis est a Jj ad Jw, cum verum scammonium per se vix possit ad 6. v. 7. 9. propinari. Si nihilominus per acida corrigendum, accipiantur potius succi vegetabilium acidi mitiores.

Sic scammonium cum succo Cydoniorum dat Diagrydium, Alii solvunt scammonium in succo citri vel limonum mitiusque obtinent scammonium.

Acida corrigunt malignitatem purgantium sed non plenariè.

non est quod

Notanda in præparatione scammonii.

Quid habendum sit de magisterio scammonii.

Diagrydium quid?

T

Omnes



*Omnes hæc per acida imprimis mineralia mitigationes sunt castrationes, quia inveniunt vim laxantem.*

Unde est, quod purgantia pro diversitate subjectorum plus minusve operentur, pro ut magis minusve acidum & fermentum stomachicum in hoc vel illo subjecto, quod probatur exemplis: si in hoc in dividuo nimis acidum sit fermentum ventriculi, aut statim post assumptam purgationem hauriantur acida, exhibita purgantia minus operantur, idque in Melancholicis verum est, quod difficillimæ à purgantibus moveant, item quod hypochondricos purgantia parum moveant, propter excessum acidi in hypochondris stabulantis, loquitur experientia. Cum fortissima quamvis infundis purgantia parum vel nihil eundem movent, aded, ut vitrum antimonii ad plura grana sine operatione assumat, cum tamen in venam canis incisam immissa citius operentur.

Ratio patet, quia fermentum stomachicum nimis est acidum.

Quod dictum fuit de purgantibus quod scilicet correcta mitius soleant purgare, valet maxime de opiatis. Hæc enim per acida correctæ blandius maxime operantur. Sic corrigitur opium per sulphurea & spiritum salis, aut repetitam cum aceto solutionem, quæ tamen acida opii virtutem plus destruunt quam corrigunt.

*Nam vis opii consistit in sale volatili oleoso, vel sociatum est cum sulphure copioso admodum foetido, unde quidam lentò calore exhalare & sic sulphur ejus hypnoticum evaporare præcipiunt, sed sal volatile & sulphur ejus per acida insigniter destruuntur, cum tamen opiata in multis affectibus sint exoptatissima, adeò, ut recte dixerit Sylvius: Se malle carere praxi, quam destitutum esse opiatis, uti verò opiata & purgantia per acida mitigantur, sic per spiritum vini eorum vires exaltantur. Sic spiritus vini elicit & exaltat resinas purgantium, in pauca dosi purgantes.*

*Sed misis correctionibus castrativis vera potius attendenda, qua consistit in igne, vel in subjectorum fermentatione, vel in eorum per salia alkalia correctione.*

Quod attinet fermentatione, in hæc tota concreti crasis invertitur, unde fermentatio est clavus referans venena vegetabilium, in specie purgantia si consideremus, in eis quod præstet fermentatio patebit v. g. Elaterium fermentando omnino cicuratur. Superiori

Causa cur melancholici difficilè moveantur à purgantibus.

Opium non bene corrigitur per acida, Vis opii in quo consistat.

Per spiritum vini exaltantur purgantium vires in parte resinosa latitantes. Vera purgantium correctio in quo consistat. Correctio elaterii.



riori anno acepi succum cucumeris asinini cumqve recentem fermentavi, inspissavi, habui Roob amarissimum, prorsus innoxium, quia correctus erat per fermentationem, ita ut gr XXII. sine noxa adfumerentur, cum extractum Elaterii alias ultra grana XV. vix tutò exhibeantur. Sic *Colocynthis vehementissimum purgans legitime fermentatum de sua virulentia multum amittit.*

Fermentatio autem est talis: Poma Colocynthit: misce in specie cum succo pomorum borsdorffiam: vel cum succis vegetabilium, hæc mista bulliant, postea admisce parum secum cerevisiæ ut commodius adfermentandum disponatur. Ubi sufficienter fermentaverit, (id quod cognoscitur si spirat odorem amarissimum) cum menstru appropriato extrahatur, & ad g. XX, propinatur, purgat hoc non tam violenter quam alias ad gr: 10. adhibita, quamvis non sine torminibus,

R. correctio  
colocynth:

*Opium, quoqve corrigitur per fermentationem, si secundum Helmontium cum succo cydoniorum vel cum succo borsdorffianorum fermentetur, subigitur in illis succis, si prius solutum parum evaporaverit, & postea fermentetur & inspissetur; Sic enim gr. III. mitius operantur quam alias vel gr. 7. Dum ita opium fermentatur, spirat odorem instar papaveris, idqve facit maximè spiritus opii per fermentationem paratus.*

Opii correctio  
Helmontii.

Hæc correctio Helmontii est optima Corringii utitur Laudanò opiatò hoc modò preparato. R. opij, adjicit extracti Castoreicum speciebus Diacalaminth & pauco lapide Bezoardico, miscet & propinat in omnib9 affectibus. In hysterica quoqve passione adhibet quoqve scammonium cum succo cydoniorum præparatum. Utut hæc

Laud opiat:  
Corringii,  
Ufus ejus.

quæ per fermentationem correctiones satis bona sint, tamen præstant quæ sunt per alkalia: Nam colocynthidis per fermentationem correctis, adhibita, retinent vim venenatam, correctæ verò per alkalia, sine noxa est. Alkalia talia nunc sunt fixa, nunc volatilifata, non volatilifata, sed fixa, quæ sunt exaltata ad volatilitatis gradum, cum his optimè corriguntur quorumcunqve vegetabilium malignitates, ita ut Napellus cum sale tartari fixo sed volatilifato correctus in usum tractus, existet innocuus. Sed cum omnibus non sint notæ & cognitæ volatilifandi alkalia fixa enchireses, ea correctio quæ cum spiritu vini tartarifato peragitur, sufficit alias quoqve salia fixa corrigunt purgantia.

Optima correctio colocynth:

Napelli correctio.  
Menstruum pro correctio-  
ne vegetabilium malignarum.

Talia usitatissimè sumuntur ex tartaro & nitro, sal Tartari



*tari est optimum opii & purgantium correctorium.* Post hoc est nitri sal cum carbonibus alkalifatum. Hoc nitri sal fixum lixivio digestum cum vegetabilibus, virtutes eorum nocivos corrigit: Melius est pro opii correctione, si sal tartari fixum conjugatur cum oleo destillato terebinthinæ. Denique ex Tartaro oriunda terra foliata Tartari (ex sale Tartari imprægnato aceto) Post tartarum optimum est correctivum, in specie scammonii, vel loco huius vinum generosum Rhenanum cum tartari sale imprægnatum. pro opii & vegetabilium aliorum correctione maxime sufficit.

Usus opii correctio.

Usus opii correcti est, ut ex opio narcotico tutissimum avagat anodynum, nunquam nocivum, in multis morbis asyllum, si nunc cum fixis cinnabarinis antimonialibus, nunc cum salibus volatilibus, succini, cornu cervi, debite conjugatur, unde priori modo in malis malignis in principio in morbis, chronicis, in specie hysterica passione, Epilepsia, optima sint remedia.

Correctorium purgantium per alkalia usus.

Purgantia hoc modo præparata quod spectat, hac non ponita virtute solutiva subinde evadunt diaphoretica, aut si aliquid de virtute purgandi retineant, hoc tamen adeo cicuratum est, ut citra stomachi mordicationes & intestinorum termina, cito & tuto operentur. Sic Rhaborb: cum sale tartari digestum omnem purgandi vim amittit, Asarum verò aquâ ebullitum diareticum evadit egregium, tardarum februm remedium.

## SECTIO III.

DE

# ANIMALIBUS.

CAP. I.

De Animalibus perfectis & imperfectis.

Medicamenta volatilia ex animalibus fere omnes conveniunt in virtutibus.

**I**N Animalibus non magna in universum est differentia quoad producta eorum chimica, utpote quæ in sale volatili eorum omnes conveniunt nisi quod infecta singulare quid præ reliquis



„ liquis habeant. In genere autem animalia omnia eorumque  
 „ partes tam solidæ quàm liquidæ, constant copiosò sale volati-  
 „ li, cum primis oleoso, quod ignis beneficio elicitor. Ita ex pi-  
 „ lis, cornibus, ossibus, sanguine, quin & excrementis, lege artis  
 „ prolicitor sal volatile oleosum. Prædominans in animaibus  
 „ principium est sal urinosum, acidò tamen suò saturatum,  
 „ ita, ut pauca sint, in quibus acidum prædominatur, quæ inter sunt  
 „ majores formica, quæ ipsæ contuse saltim odorem acidum spirant.  
 „ Per ignis examen formica hædant spiritum acidum, qui fenum rodit  
 „ & in rubiginem convertit, aciditas enim hæc formicarum temperata  
 „ est, ab alkali quodam sibi debito, id quod exindè apparet, quia ex  
 „ tali formicæ um spiritu acidò elici potest spiritus urinosus alkalicus,  
 „ hic si spiritui formicarum miscetur cum calce viva, & addatur pa-  
 „ rum aquæ frigide obortà effervescentia acquiritur spiritus urinosus.  
 „ Aliâ quoque ratione separatur spiritus urinosus ab acido, si in vi-  
 „ tro clausò formicæ ad putrilaginem redigantur, tunc subiguntur  
 „ acidum & alkali, alteranturque in urinosum spiritum de natura al-  
 „ kalium.

„ Sal hoc volatile animalium dum adhuc, suò gaudent vigo-  
 „ re est salsum ex acido & alkali volatili constans, quæ duo con-  
 „ juncta dant sal volatile salsum, ita tamen, ut prædominetur uri-  
 „ nosum. Id quod apparet in specie in excrementis animalium,  
 „ quæ constant acidò & urinosò, ambobus volatilibus con-  
 „ versis in sal tertium, nempe salsum. Modum separandi acidum ab  
 „ alkali vide apud Tachenium.

„ Si animalia eorumque partes ignis subjiciantur examini pro-  
 „ dit (1) phlegma seq spirituosum. Non verò simplex esse phlegma  
 „ exindè patet, quod si destilletur, striatim prodeat, quas  
 „ strias solis competere spiritibus vel tyroni in Chimia est no-  
 „ tissimum. (2.) succedit sal volatile copiosum receptaculi lateri-  
 „ bus adhærens. Hoc ipsum figurâ suâ non rarò refert concretum,  
 „ id quod non tam in cornu cervi videre licet, sed observatum quo-  
 „ que fuit in aquâ spermatis ranarum, quod parvulas representabit  
 „ ranulas.

„ Ita Chemicus quidam sal volatile absynthii exactè figuram  
 „ absynthii referre vidit. Hoc sal volatile animalium tam ex du-  
 „ ris quàm mollibus eorum partibus elicitor, variat pro varie-  
 „ tate animalis. Sic in animalibus sylvestribus sal hoc acrius est  
 „ quàm

Animalium  
 partes constat  
 copiosò salè  
 volatili oleo-  
 so.

Paucum repe-  
 ritur acidum  
 in animalibus.

Spiritus for-  
 micarum ex  
 quibus con-  
 stitit

Salia volatilissia  
 animalium  
 non sunt pura  
 alkalia.

Preparata ex  
 animalibus.

Salia volatilissia  
 animalium in  
 destillatione  
 interdum re-  
 præsentant fi-  
 guram sui con-  
 creti.

In animalibus  
 sylvestribus  
 salia volatilissia  
 acriora sunt  
 quàm in do-  
 mesticis.  
 Causa.



» quàm in domesticis, in maribus multò volatilis & penetrantius  
 » quam foeminis. In castratis temperatius est quàm in non castra-  
 » tis propter fermentum testium deficiens, quod massæ sanguinis in-  
 » sulum, eam reddit acriorem.

Cur in destil-  
 latione anima-  
 lium eorumq;  
 partium pro-  
 deat sal vola-  
 urinosum pau-  
 cò acidò sti-  
 patum.  
 Oleum quid?  
 Acidum inest  
 oleolis.

» Queritur, cum sal volatile animalium viventium ceu su-  
 » pra monitum sit salsum, cur in destillatione prodeat sal volatile  
 urinosum paucò acidò stipatum? R. Acidum illud partium ani-  
 malium sub  $\Delta$  is examine arripit sal volatile urinosum, & cum eò  
 coagulatum constituit (3.) *Oleum, quod nihil est aliud quam sal*  
*volatile ab acido pingui concentratum.* Acidum verò inesse oleo-  
 sis exinde probatur, quod olea destillata animalium cum salè vola-  
 tili proprio conjuncta, tractu temporis abeant in corpus saponi-  
 forme, in signum conjunctionis mutuae acidi & alkali, ex qua com-  
 binatione oritur sapo.

In capitè mor-  
 tuò animalium  
 nihil reperit  
 salis fixi.

(4.) Remanet *caput mortuum nigrum terra iners, omni aci-*  
*ditate orbata, in quo* ☉ *nihil reperitur salis fixi, quoniam per*  
 fermentationem & continuam aeris inspirationem omnia sunt vo-  
 latilifata, ut ita nihil salis fixi haberi queat: *Si tamen quandoque sa-*  
*lis fixi aliquid ex animalibus obtineatur, illud non est fixum sal ani-*  
*maliū nativum, sed est sal esculentum quod non potuit superari à*  
*fermento ventriculi, id quod exinde patet, si sal tale fixum destilla-*  
*tur, prodibit spiritus acidus spiritui salis simillimus. Caput mor-*  
*tuum ut plurimum est nigrum, forti tamen calcinatione evadit al-*  
*bum, uti quoque videmus carbones lignorum ulteriori calcinatio-*  
*ne in cineres albos fatiscere, quod fit ex varia textura in igne mu-*  
*tatione, de qua vide Boyle Tractatum de coloribus, parte 2. expe-*  
 riment. 3 p. 139. Hæc de perfectis animalibus eorumque princi-  
 piis & productis.

Insecta ex qui-  
 bus confrent  
 Insectorum fa-  
 lia volatilia  
 longe sunt pe-  
 netrantiora  
 quam reliquo-  
 rum animali-  
 um.  
 Vis diuretica  
 lumbricorum  
 undè?

» Videamus nunc *Insecta quæ constant sale volatili sed non a'e-*  
 » oso, verum nitroso Certum hoc est, quod sal volatile insecto-  
 » rum multò volatilius sit & penetrantius quàm reliquorum a-  
 » nimalium salia volatilia. Becherus ex putrefactis lumbricis ni-  
 » trum perfectum conatur elicere, undè talia insectorum præpara-  
 » ta habent insignem vim diureticam, præprimis quæ in locis  
 » subterraneis, cellis, muris vetustioribus vitam tegunt. v. gr. lumbricorum,  
 » asellorum, bufonum, qui singulare sal diureticum in se con-  
 » tinent.

*Partes animalium molles tota quandoq; abeunt in liquorem spi-*



*Spirituosum* v. gr. secundina humana, si detractâ cuticulâ in cisa in MBalneo putrescat, destillando transit in liquorem spirituosum. Sic cerebrum animalium in digestionem servatum sub ignis examine transit itidem in liquorem spirituosum. Lumbrici terrestres putrefacti in totum abeunt in spiritum exceptis pelliculis.

Spiritus secundinae humanae.  
Sp: ex cerebro animalium.

Quidam lumbricos in vase modeste clauso (ne scilicet vasa rumpatur) exponunt calori Oari, undè fit, ut lumbrici in tres resolvantur substantias.

1. In fundo subsidet terra nigra, (2.) in superficie innatant pelliculae (3.) In medio pendet copiosus liquor coloris aurei, qui separandus à reliquis particulis, *pelliculae vero illae lumbricorum, si defodiantur sub terra, fit, ut denuo vivi enascantur lumbrici copiosissimi.* Similem generationem lumbricorum vide apud Mollenbroccium

Modus artificialis producendi lumbricos.

Usum productorum Chemicorum ex animalibus quod attinget (1.) *phlegma est spirituosum*, quod primo prodire in praedentibus diximus, per se raro usurpatur, sed uniuersum cum sale volatili, & tunc vocatur spiritus essentificatus, v. gr. phlegma spirituosum C. C., si miscetur cum sale volatili cornu cervi vocatur spiritus essentificatus cornu cervi. (2.) Sal volatile, cum sit de natura alkalium, omni acido praeter naturam erit contrarium, adeo, ut salia talia ratione suae penetrationis maxime acidum praeternaturale in partibus remotioribus absorbeant atque corrigan, & ita disponant, ut per corporis poros eliminari possint, undè in podagricis doloribus summi erunt emolumenti.

Usus phlegmatis ex animalibus destillati,  
Sp: essentificatus C. C.  
Usus salium volatilium ex animalibus.

*Sic quoque grumosum resolvunt sanguinem & inde enatas inflammationes dissipant egregie.* Sic quoque sudorem movent, undè in erysipelate, pleuritide aliisque affectibus per sudorem curandis in tempore adhibita, speratum certo certius praestabunt auxilium. Eadem ex ratione in febribus malignis, in specie variolis & morbillis, item in purpura mulierum, multi sunt usus. Porro in doloribus vagis scorbuticis, quatenus acidum dolorificum destrunt, egregie profunt. In epilepsia vel apoplexia, paralyti praemisissis praemittendis vix ulli cedent remedio. In proliciendo sudore nullum convenientius certiusque datur remedium.

(3.) Oleum, ut in suave, non rejiciendum, sed aliquoties super caput mortuum rectificandum, ut absorbeat aciditas, & odor saporque insuavis emendetur. Ita praeparatum in paralyti,

Usus oleorum ex animalibus.  
Modus liberandi olea à factore.



lysi, tremore artuum, externè commodè inungitur. Sic quoque  
in acumoribus duris, schi rhoris, multum præstat utilitatis. Su-  
dorem egregiè promovet, & satisfaciunt huic scopo guttæ iij vel  
5 affluntæ.

Dosis.

Capiti mortuū  
ex animalibus  
usus.  
Caput mortuū  
omne absor-  
bet acidum.  
Causa sodæ-  
curatio ejus.

(4.) Caput mortuum omni aciditate orbatum adhuc tamen  
hoc habet commodi, quod seu vacuum & siibundum corpus omnes  
humiditates absorbeat, imbibatque, & ita per accidens egregias tam  
in terrè, quàm externe præstet usus. Quod verò caput mortuum  
omne absorbeat acidum patet exiudè, si spiritus vitrioli affundatur  
caput mortuum C. C.; omnem promptè amittet acorem. In soda  
itaq; ubi acidum vitiosum in vi primis redundat, ejusmodi caput  
mortuum v. gr. cornu cerviustum insigniter proderit. Ustio verò  
hæc non confundenda cum calcinatione philosophica seu calcina-

C. C. calcina-  
tio philoso-  
phica quid.

tionis sine  $\Delta$ e, eaque vel vaporosa, quando partes animalium ossæ  
in  $\Delta$ e beneficio vaporis aquei friabiles redduntur, vel imersiva,  
quando per simplicem coctionem gelatina acquiritur. In tali enim  
calcinatione philosophica, uti sæpe fit alicujus salis volatilis, non  
tamen omne auferitur, id quod patet, si C. C. tali modo calcinatum  
destillatur, tunc prodibit oleum, spiritus, & sal volatile in certa  
quantitate. Hoc in genere de productorum Chemicorum ex a-  
nimalibus virtutibus, quando verb: gr. Salia volatilia omnium a-  
nim alium in prædictis virtutibus, v. gr. penetrativè conveniunt. Sunt  
verò & aliæ virtutes specifica dicta, ob quas hoc sal volatile hujus a-  
nimalis conducit in hoc affectu melius quàm aliis animalis. Ita sal  
volatile C. C. in febris malignis, sal volat: viperarum in affectibus  
cutaneis appropriatum celebratur remedium. Sal volatile busonum  
optimum est & potentissimum diureticum & antihydopicum, spiri-  
tus & sal volatile lumbricorum optimum & certissimum antiarthri-  
ticum est, quod acidum arthriticum promptè absorbet, & per urinam  
eliminatur. Sal volatile ammoniaci experientissimum anti quartana-  
rium, sal volat: lap: 69 optimum vulnerarium, undè destillatum oc:  
69 in vulneribus & ulceribus magnò cum fructu propideantur mor-  
bu.

In C. C. philo-  
sophiee præ-  
parato pluri-  
mum salis vo-  
lat: olei & sp:  
relinquitur.  
Experimentu-  
m probans.  
Salis volatili-  
a omnia ha-  
bent vim ape-  
riendi,  
Salis volatilia  
differunt in  
virtute speci-  
fica.  
Salis volatilis  
C. C. virtus  
appropriata.  
Salis volat:  
viperar: virt9  
Salis - bu-  
fontis.

Salis volat:  
lumbricor:  
Salis volat:  
ammoniaci  
virtus specifi-  
ca.  
Salis volat:  
oc: 69 virtus  
appropriata.

## CAP. II.

De legitima Medicamentorum quorundam  
præparatione,

Pra-



**P**reparationes Medicamentorum hunc habent scopum, (1.) ut virtutes simplicium extrahantur separatæ scilicet à scoris excrementitiis. (2.) ut virtus eorum nociva aut auferatur, aut corrigatur, aut alteretur, vix enim simplicia cruda pro usu medico sufficiunt, obstantibus in regno vegetabili excrementis terreis, in minerali sulphurè arsenicali narcotico, præparatione itaque ubique opus est.

Jam queritur, an præparata Chimica virtutè adhuc nativâ operentur, an verò novam artus beneficiò obtineant? R. Pauca sunt remedia Chimica quæ post  $\Delta$ is examen virtutes simplicium incolumes servant, pleraquæ aut novos acquirunt operando virtutes, aut nativas alteratas insignitèr obtinent, quales alterationes contingunt propter mutatam simplicium talium texturâ nativam, partim propter addita partim operationum varietatem, ita, ut quò magis composita sint medicamenta aut magis operosa, variè mutatus habeant nativas virtutes. Exempli loco sit aurum fulminans. Aurum per se nunquam fulminabit, non secus ac fit cum pulvere pyrio, cujus ingredientia seorsim nunquam sclopetabunt, sed conjuncta fulminis instar accensa tonant. Hinc varia combinatio varias compositis largitur virtutes. Luna per se non purgat conjuncta verò cum spiritu nitri in aqua hydragoga egregiè serosos humores expurgat, & ab eodem rursus artificiosè separata ab omni purgante virtutè cessat.

Sic in Elixire Proprietatis virtutibus exponendis non singulorum ingredientium virtutes examinande sunt, v. gr: quod aloë sit optimum abstersivum viarum primarum, myrrha sit balsamica omnem arcens putredinem, quod crocus cor exhilaret. Sed totum compositum considerandum, cum ingredientium virtutes à menstro vel exaltari, vel alterari potuerint. Communitèr extrahunt Elixir Proprietatis, spiritu quodam acidulo v. gr: sulphuris, vitrioli, sed præstat spiritus salis communis, ita tamen, ut ingredientium singula seorsim extrahantur, postea jungantur, & extractum ad justam consistentiam inspisetur. Hoc Elixir valde conducit in cor-

rigendo stomacho si is copiosè mucò imprimis acidò repletus  
 sit, quem potentèr abstergit, undè humidis magis convenit quam  
 siccis: A putredine tam interna quàm externa præservat, ver-  
 mesque inde enatos enecat. In affectibus mulierum magis pro-  
 dest, si præparetur cum alkalibus, quæ quoquè promptè sol-  
 vunt hæc ingredientia, seu sint fixa, seu volatilia. Si fixa malis  
 tunc R. Sâlis tartari & nitri tinctura, detonentur unâ, sic fit, ut cocant

Causa ac usus medicamento-  
 rum qua propter præparati-  
 onem præparantur?

Vegetabilia non præparata ac mineralia cruda nocent corpori humano, Causa.

An præparata Chimica virtutè adhuc nativâ operentur, an verò novam artus beneficiò obtineant.

In virtutibus compositorum medicamento-  
 rum inquitendis Non singula ingredi-  
 entia sed totum compositum considerandum.

Virtutes ingredientium multum alterantur à menstro

Modus elegantior parandi Elixir proprietatis.

Usus ejus. Elix: proprietatis cum alkali fixo paratum.



Spiritus vini si optime sit & effluatus nihil extrahit de sale tartari.  
 Usus elix: per alkali fixum parat.  
 Elix: propterea: per menstruum volatile parat:  
 Usus ejus.  
 Alius modus.  
 In preparati-  
 one elixiris  
 proprietatis  
 varia medici  
 intentio consi-  
 deranda.  
 Menstruum  
 pro elixir:  
 prop: alteran-  
 te.  
 Menstr: pro  
 to laxante.  
 Simplicia  
 multum alte-  
 rantur in so-  
 lutionibus ac  
 exactionibus.  
 Spiritus vini  
 pro resinosis  
 ac sulphureis  
 tantum aptum  
 est menstruum  
 salinis impro-  
 portionatus.

in ignis tortura in alkali urinosum, ex quo cum aqua simplici fiat lixivium, cui affundatur aloe, myrrha & crocus, solvantur, solutio- ni ad justam consistentiam inspissatae adde spiritum vini, ut species dictas extrahat (de sale tartari nihil extrahit spiritus vini si recte sit rectificatus.)

Egregium hoc est Elixir in affectibus mulierum in specie in mensium & lochiorum suppressione.

Per alkali volatile componitur Elixir proprietatis ingredien- tibus solutis inspissatisque ad debitam consistentiam, medicamen- tum constituit optimum in morbis malignis, ubi præprimis vola- tilia profunt, item in præservatione variolarum, in specie ad præ- servandam purpuram insignitèr commendatur, ut & in scabie & aliis affectibus cutaneis luem venerem comitantibus.

Placet & præ omnibus modus iste, quando spiritus vini, loco spirituum acidorum acuitur per terram foliatam tartari (quam optimè solvit spiritus vini) & speciebus affunditur, sic eisdem op- timè extrahit, sitque medicamentum convenientissimum in supra di- ctis affectibus.

Idem hoc menstruum est egregium directicum, ele- gantis saporis. Aliàs in Elixire proprietatis varia Medici intentio consideranda pro ut vel alterans solum vel simul laxans aut pur- gans expetit. Pro scopo alterativo sufficit extractio cum spiritu vini acidulato, sin verò laxare debeat, extrahenda venit aloe cum aqua tantillo sale tartari acuatâ, sic enim mucilago commodissimè extrahitur.

Reliqua postmodum ingredientia cum spiritu vini extracta cum priori conjungenda, & omnia ad justam consisten- tiam redigenda. Quomodo Helmontius Elixir proprietatis præ- pararet & quantas eidem debito modò præparatas virtutes adscri- bat, ex ejus scriptis videre licet, sed revertamur ad id, undè digressi fuim9. Dixim9 paulo ante, quod præparata chimica aut planè novâs acquirant virtutes aut nativas insignitèr alteratas obtineant, partim per aliorum additionem partim propter artificiosam variamq; præpara- tionem. Alterantur autè ut plurimùm simplicia in solutionibus cum primis atque extractionibus omnes namq; solutiones aut extractionses cum fiunt per menstrua, semper aliquid in extracto & soluto cor- pore remanet de menstruo, undè mutatâ texturâ mutatur quoque virtus concreti.

Obiter circa extractionses vegetabilium notandum quod ex communiter fiant per spiritum vini, sed minus commode. Etenim spiritus vini resinosis tantum & sulphureis extrahit, parti- culas, salinis interim particulis extrahendis improporionatus. Me- lior



Non longe modus est: cum simplicia solvantur, extrahunturque per a-  
 quam simplicem, acuatam cum alkali nitri vel alkali tartari. Sic  
 acuatâ aqua simplex omnia convenientissimè solvit vegetabilia,  
 vel resinosa illa sint. (qualia quidem spiritus vini non incommode  
 solvit) vel mucilaginosâ, vel salinâ, eaque in blando Balnei colore  
 extrahit: *Extractio talis separanda & inspissanda in formam mel-  
 lis vel Roob ex quo ulterius cum spiritu vini extrahatur essentia, que  
 postmodum nunquam poterit frari, promptiusque suos dabit effe-  
 ctus.* Videmus hic varias mutationes quæ omnes finè virtutis  
 nativæ alteratione non contingunt. Hocquæ si sit in vegetabi-  
 libus quid non fiet in mineralibus, ubi per menstrua corrosiva so-  
 lutiones & extractions instituuntur, talia enim vix acne vix qui-  
 dem à soluto corpore separari perfectè poterant, firmoque adhuc  
 stat talo canon ille Chemicorum quid omnia menstrua corrosiva  
 coagulentur & figantur cum spiritu solvendo, à cuius permix-  
 tione non potest non alterari ejus virtus nativâ. Fermentatio quo-  
 que quas non in productis causatur mutationes. Per hanc ani-  
 malium textura prorsus in vertitur, ut avolantibus volatilibus fixa  
 infundo subsideant, virtutibus suis plurimum spoliata. Purgantia  
 satù vehementer aleoquin operantia si fermentatur, minus  
 purgant, imò quandoquæ vix laxant. Idem esto judicium de  
 opio fermentato, hyescyamo, aliisque, quæ fermentata non nihil  
 de birulentia sua perdiderunt. *Fermentatione sunt spiritus qui  
 antea tales non extiterunt in concreto, sed sunt producta igne  
 & arte, & eo ipso quò sunt producta nova, suam virtutem de-  
 bent artis beneficio. Olea quæ per ignis beneficium ex diver-  
 sis principiis materialibus coquantur in corpus tale olei forme,  
 actu antea in simplicibus non extiterunt, sed nova sunt ignis  
 producta. Sic in acore officinarum ne gutta olei inveniretur, nisi  
 ignis beneficio salina ejus principia concentrentur, ut in olea coeant,  
 undè olea talia quoque differunt à simplicium suorum virtutibus:  
 dum (1) magis penetrant (2) stomacho molestiam creant, id quod  
 testantur ructus satis diurni post talium usum, quod pinguedo  
 eorum acida concentrat sal volatile, quò minus digeri possit. Di-  
 gestio tamen insigniter alterat simplicia eorumque cruses, hæc sunt vo-  
 latilia, v. g. Mercurium figit in pulverem rubicundum hæc fixa  
 volatilisat, ut ulterius cum spiritu vini postea volatilifari queant,  
 idquæ omne facit beneficio ignis, qui mille artifex in variis simpli-*

Opium  
 menstruum  
 pro quibus  
 cunctis ve-  
 getabilibus  
 extrahendis  
 nihil mirios  
 est  
 etiam in  
 mineralibus  
 extrahendis  
 etiam in  
 mineralibus  
 extrahendis

Omnia men-  
 strua corrosi-  
 va coagulan-  
 tur & figuntur  
 cum corpore  
 solvendo.  
 Fermentatione  
 subjecta mul-  
 tum alterantur  
 Purgantia per  
 fermentationem  
 amittunt vim  
 purgantem, a-  
 lij varentus.  
 Spiritus ardentes  
 sunt per  
 fermentatio-  
 nem ex vege-  
 tabilibus, sunt  
 que producta  
 nova.

Olea sunt  
 producta nova  
 et differunt  
 à simplicium  
 virtutibus:  
 dum (1) magis  
 penetrant (2)  
 stomacho mole-  
 stiam creant,  
 id quod testa-  
 ntur ructus  
 satis diurni  
 post talium  
 usum, quod  
 pinguedo  
 eorum acida  
 concentrat sal  
 volatile, quò  
 minus digeri  
 possit. Digestio  
 tamen insigniter  
 alterat simplici-  
 a eorumque  
 cruses, hæc  
 sunt volatilia,  
 v. g. Mercurium  
 figit in pulve-  
 rem rubicundum  
 hæc fixa  
 volatilisat, ut  
 ulterius cum  
 spiritu vini  
 postea volatilifari  
 queant, idquæ  
 omne facit  
 beneficio ignis,  
 qui mille artifex  
 in variis simpli-  
 cia



In medica-  
mentorum  
composito-  
rum virtutibus  
indagandis  
non singula  
ingredientia  
seorsim sunt  
examinanda,  
sed totum.

Productum  
cum menstruo.  
Tincturæ un-  
de dicantur?  
Tinctura uni-  
versalis quid?  
Lapidis  $\Delta$  is  
Basilii virtus.

Tinctura quid

Tincturæ aro-  
maturæ.

An possit ve-  
ra & genuina  
ex metallis &  
gemmis elici  
tinctura.

Regulæ secun-  
dum quas om-  
nes tincturæ  
metallorum  
præparandæ.

cia transformat figuras. Unde manifestum evadit, quod produ-  
cta Chimica novam quasi induant naturam, quodque in medi-  
camentorum virtutibus enarrandis non ingredientia singula se-  
orsim sint examinanda, sed totum productum ponderandum,  
non neglecto interim menstruo, ut quod virtutem simplicium  
vel destruit vel alterat, vel intendit.

Nunc pauca ad huc de tincturis dicemus.

Tincturæ nomen derivatur à tingendo vel à colore, quò  
tingitur menstruum in extractione atque præparatione, unde  
maximè lapis Philosophorum dicitur tinctura, quia ignobiliora me-  
talla tingit in nobiliora. Tales Tincturae sunt vel universales vel  
particulares. Universalis est illud mysterium Philosophorum, quo  
de vide autores & defensores ejus: Particulares, quæ in unum vel  
alterum subjectum ingressum dant, tale quid est lapis ignis Basilii  
Valentini, in proportionem quintupla tingens subjecta sibi idonea,  
Hæc particulares sc: tinctura rursus vel in alchimia locum habet  
vel in Medicina. Nos illis missis harum considerationum venti-  
labimus, dicendo tincturam esse extractum liquidum, coloratum, vel  
est extractio nobilioris substantia concreti in tincturam. De tinctu-  
ris vegetabilium res facilis est, sic ex aromatibus cum spiritu vini eli-  
citur tinctura eorum, (quæ subindè essentia dicitur) omnemq; imbi-  
bit subjecti virtutem, ita, ut reliquum corpus omni nobilioris  
virtutis spoliatum maneat efficacia. In tincturis verò metal-  
lorum mineralium, & similium admodum desudant spagyrici, Ta-  
les tincturas metallorum nihil aliud esse dicunt quam metalla in  
tincturam liquidam transmutata, & ita quidem ut negant per  
artem reduci.

Sic tinctura solis vera, tinctura sulphuris veneris decantata  
Helmontii. Sic datur tinctura Helmontii itè tinctura antimonii per  
se. Queritur autem, an possit vera & genuina tinctura ex metallis  
& gemmis elici? Pro solutione hujus quæstionis notandum, quod  
supponant Chimico virtutem & colorem metallorum consistere in  
ejus sulphure.

In præparandis itaque tincturis metallorum necessarium est  
(1.) ut sulphur purum metallorum eliciatur, & reliquum ejus  
metalli, cujus est tinctura, sulphurè suò sit spoliatum (2.) ut ne-  
queant in antiquum corpus metallicum reduci. Hæc duo re-  
quisita sunt regulæ, secundum quas omnes metallorum præpa-  
rari



„ rari possunt & debent tincturæ, & secundum hæc duo omnes omniumque tincturæ (quilibet enim suam jactitat tincturam,) *veniunt examinanda.* Multi considerantes firmissimam metallorum concretionem, negant posse geminas ex metallis extrahi tincturas, *cujus sententiæ quoque Becherus esto.* Sandè, non sufficit quod corpus residuum non sit ejusdem cum tinctura coloris. Deinde omnes tincturæ quæ cum acidis fiunt, facile reducuntur per alkalia & vice versa. Gemmarum verò & nonnullorum lapidum tincturæ, si non planè impossibiles, *certe sunt difficillima,* ut non immeritò dixerim, *omnes hujusmodi, tinctura gemmarum, coralliorum, esse meras sophisticas ortas aut ex corpore, beneficio digestionis, aut menstrui virtutè.* Sic tincturæ solis sunt solationes auri ast non veræ, hoc enim, ut ut abeat in pulverem album, neque resolvatur ab aqua regis, non sufficit: In tantum enim in igne transmutatur, ut sustineat quæcunque, reducitur tamen in pristinum corpus metallicum.

„ Par est Ratio de tinctura coralliorum, quæ ut plurimum originem suam debet menstruo. Sal tartari calcinatum, cum spiritu vini dat tincturam rubeam, quam vocant tincturam tartari, sed falso. Spiritus vini enim super alkalia effusus, tingitur colore rubicundò: Deinde tinctura hæc tartari mera tantum est imbibitio, dum enim imbibit spiritus vini feces salis tartari, se tingit colore rubeò, forti enim calcinationè præcedentè, sal tartari abicit sine ulla efficacia & usu.

Omnes tincturæ metallorū per acida factæ facile reducuntur per alkalia. Tincturæ gemmarum & coralliorum sunt sophisticæ.

Tinctura tartaricū spiritu vini non est vera. Tinctura tartari sed falsa.

## CAP. III.

## De Non Entibus Chemicis.

PRiusquam labori ultimam imponamus manum, non abs re erit, non entium non nullorum obiter meminisse, quæ à Pseudo-Chemicis & Fumi-vendulis passim ventilantur, quasi revera artis et ignis opè produci possint. *In non entium verò dignotione cautè admodum dispiciendum est, ne aliquid quod tale non est, pronunciemus.*

Etenim (1.) *non omnia negamus omnes, nec statim quod ego, iste, ille, non vidit, pro non ente proclamandum,* vel quod ista nobis formâ non apparuit: variant namque artifices in suis operibus ut nova producant, nondum nobis in hæc figura visâ, (2.) *Distin-*

Non statim negandum quod quis non ipse vidit.



Pertinentia  
non entium

quendum est inter extractionem rei veram & novam productionem, e.g. de mercurio metallorum quaeritur, utrum ille haberi possit ex metallis tanquam pars componens, an vero artis opem ipsum metallum transmutatum fuerit in mercurium vivum per novam generationem? (3.) Itaque in examine non entium illud fundamenti loco supponendum: Non entia habere debent contrarietatem in radice e.g. Impossibilem convenientiam habet mercurius mineralis sive metallicus cum mercurio vegetabilium, unde hæc ratione dico quod *mercurius vivus ex sanguine animalium sit non ens*: Nam utut ex sanguine elicited fuerit mercurius virgineus, is tamen non productus fuit ex sanguine, sed v.g. in fuit sanguini, quia homo cujus erat sanguis, fuerat auriferus, unde facile mercurius manibus quotidie tractatus, potuit se in ejus corpus & sanguinem insinuare. Ita notum est, quod *qui mercurium tractant, nummos aureos quos secum gerunt argenteo colore obducant*, quia mercurius ratione singularis cum auro sympathiae atomos suos ad aureos usque nummos diffundit eosque argenteo obducit colore. Vidi vallem, ubi herbae crescunt, ex quibus mercurius vivus facili artificio potest elici. Hic vero mercurius non constitutum herbarum istarum proprium est sed est mineræ mercurialis qui intra vallem hunc reperitur soboles. Sic & aurum quod vites & uvæ in ungaria resplendere dicuntur, non est de essentia vitis sed de effluviis solaribus, quæ copiosæ ibidem mineræ solares emittunt, suam ducit originem. *Homunculus Paracelsi, quem sine patre & matre artis beneficio producere conatur, est non ens, Quintæ vero esse æ utut passim pro non entibus proclametur, à multis tamen Chemicis operosæ & speciosæ satis adstruuntur: Cum nempe quælibet corpora ex quinque principiis constent, tribus activis duobus passivis, ex his, imprimis vero activis, conantur partim simplicissimam purissimamque extrahere quem vocant quintam essentiam. Vidi tamen apud amicum quandam essentiam cujus gutt. iij integrum vini cantharum imprægnabant.*

Mercurius vivus ex sanguine animalium est non ens.

Herbae ex quibus mercurius vivus elici potest. Et unde sit ille mercurius.

Homunculus Paracelsi sine patre & matre est non ens.

Quintæ essentiae verae datur.  
Transmutatio metallorum non est non ens.

*Transmutatio metallorum non est non ens, quicquid in contrarium plerique omnes ferè chemicorum asserant etenim (1) Si metalla omnia ex una eademque radice trahant originem, & tantum gradu fixitatis & immaturitatis differant (siquidem probatum superius) utique poterunt perfici, volatilia fixando, & immatura artes*

artes



artes beneficio ad maturitatem producendo. (2) *Videmus quoque vegetabilia inter se transmutari, sicut triticum in uno eodemque agro degenerat æpissimè, in avenam, secale in lolium, silymbrium in mentham transmutatur, quia in radicè conveniunt inter se atque principiis materialibus: quid ni idem quoque de metallis affirmari poterit. ut quæ eundem singula habent radicem, & solum maturitatem differunt.* Vidi ipsemet lignum, quod non superficialitè tantum lapid. à crustâ erat inductum sed revera in lapideam transmutatum substantiam. Hoc si in diversis procedit generibus, ligno puta & lapidibus, quis negabit metallorum in uno principio seminali convenientium transmutationem. Et quid denique Experimentiæ, quæ ubivis ferè terrarum luculentium exhibet testimonium, opponent.

Lignum in lapideam substantiam convertitur

FINIS.





12.  
 13.  
 14.  
 15.  
 16.  
 17.  
 18.  
 19.  
 20.  
 21.  
 22.  
 23.  
 24.  
 25.  
 26.  
 27.  
 28.  
 29.  
 30.  
 31.  
 32.  
 33.  
 34.  
 35.  
 36.  
 37.  
 38.  
 39.  
 40.  
 41.  
 42.  
 43.  
 44.  
 45.  
 46.  
 47.  
 48.  
 49.  
 50.  
 51.  
 52.  
 53.  
 54.  
 55.  
 56.  
 57.  
 58.  
 59.  
 60.  
 61.  
 62.  
 63.  
 64.  
 65.  
 66.  
 67.  
 68.  
 69.  
 70.  
 71.  
 72.  
 73.  
 74.  
 75.  
 76.  
 77.  
 78.  
 79.  
 80.  
 81.  
 82.  
 83.  
 84.  
 85.  
 86.  
 87.  
 88.  
 89.  
 90.  
 91.  
 92.  
 93.  
 94.  
 95.  
 96.  
 97.  
 98.  
 99.  
 100.

129  
 130  
 131  
 132  
 133  
 134  
 135  
 136  
 137  
 138  
 139  
 140  
 141  
 142  
 143  
 144  
 145  
 146  
 147  
 148  
 149  
 150  
 151  
 152  
 153  
 154  
 155  
 156  
 157  
 158  
 159  
 160  
 161  
 162  
 163  
 164  
 165  
 166  
 167  
 168  
 169  
 170  
 171  
 172  
 173  
 174  
 175  
 176  
 177  
 178  
 179  
 180  
 181  
 182  
 183  
 184  
 185  
 186  
 187  
 188  
 189  
 190  
 191  
 192  
 193  
 194  
 195  
 196  
 197  
 198  
 199  
 200

FINIS





